R. 30922
Nº Caja
C-122
187
23-a. 7. 19

del Collegio dela Compª de Jesus de Granada

Incipit Manipulus ſiue Manuale vel potius pra-
ctica miniſtrādi ſacramen
ta ſctē matris Eccleſie: ⁊ ſa
cramētalia ſm cōſuetudi-
nē alme Eccl'ie Cōchen̄.

Prohemium.

¶ Reuerẽdiſſimo ac perĩde illuſtriſſimo domino. D. Didaco Ramirez Epiſcopo Concheñ. ⁊c. Clerus ſue dioceſis humilẽ famulatũ ⁊ manuũ oſcula.

NOn poſſumus Reuerendiſſime Preſul ⁊ domine non ſuſpicere et admirari quam intente quam aſſidue quanta etiam cura et ſollicitudine Amplitudo tua permagnifica ſuo paſtorali muneri incumbat inſtar illius veri ſummiqꝫ Paſtoris: a quo omne bonum et donum perfectum in nos deriuatur: maxime inter tot anxietates: tot negocia totqꝫ indies imminẽtia diſcrimina rerum. Sed quia generoſum animum labor enutrit: et hominem natum eſſe ad laborem eidem Dñationi Reuerendiſſimę conſtat: additionem quoqꝫ ad ſcientiam ad ſudoris eſſe cumulum optime callet. nullo vnq̃ modo ab intento fine dimouetur. immo negotijs expeditis: anxietatibꝰ expulſis: periculis ſedatis: illud Hecathonis Stoyci dictũ habẽs pre oculis. Omne honeſtũ in arduo eſſe: ⁊ virtutẽ iuxta Ariſtotelis mẽtẽ circa difficilia verſari: maiorem in modum vitam et gregis commiſſi mores eius ſalutem diſquirẽs ſpeculatur. ita quod ſi comedis: ſi dormis: ſi loqueris: ſi quid aliud facis: ad Scopuz propoſitũ actiones tuas omnes tanq̃ ſagittas emittere nunq̃ deſinis: frequenti lectioni et orationi vacans imprimis. Deinde clerum in capite et membris populumqꝫ totius dioceſeos non modo per ſapientes verbi dei contiõnatores docens: verumetiam per te ipſum viua voce vita et doctrina aperiens pandenſqꝫ iter in cęlum incunctanter inſtruis. Quid inſuper dicemus quanto labore: quam ęgregia humanitate: quantaqꝫ charitate vrbes ⁊ oppida inſignia luſtraueris: tuas eccleſias earumqꝫ miniſtros viſitãdo: morbos ouium inibi repertos curando: et errata omnia ad filũ reducendo. Subticebimus quod in tui adiutorium alterum Epiſcopum non certe vulgarem: ſed doctum deoqꝫ deditum qui ſingillatim ſingula viſitet loca et templa manumqꝫ ad fortia in ſingulorum intromittat ſinum: ac paſtoralia gratis exerceat officia larga manu ſuſtẽtas. Hęc ſunt Preſulũ decus in medium tumultuarie adducta: non blandiendi gratia: ſed reuera: vt gratias in commune pleriqꝫ omnes agamus ſummo deo: qui de ſumma celi arce noſtram reſpiciens indigentiam: te huic almę eccleſię Concheñ. in ſponſum donare dignatus eſt. Cuius ſpirituale matrimonium in electione initiatum: in confirmatione ratum: et in conſecratione dicitur fęliciter conſumatum. Extra ſortem nempe ⁊ zelum dei cẽſeri poſſet: qui tam vero pioqꝫ Paſtore non lętatur: iubilat: et exultat: proqꝫ eius incolumitate preces ad creatorem omnium non fundit frequenter. quandoquidem non eſt de numero illorum: quibus Ezechiel minatur dicens. Ve paſtoribus iſrael: qui ſemetipſos non gregem paſcebant: immo is qui nos pauit paſcitqꝫ noſtram querens vtilitatem: habens in agendis omnibus intentionis puritatem: et exemplarium puritatem. iuxta illud Dauidis. Pauit eos in innocẽtia cordis ſui: ⁊ in intellectibꝰ manuũ ſuarũ deduxit eos. Laudibꝰ preterea bene merito debitis Ampliſſime Pater te efferamus decet non oblitũ Gregorij admonentis. Eſſe penſandum valde ad culmen regiminis qualiter quiſqꝫ perueniat: atqꝫ ad hoc rite perueniens qualiter viuat: et bene viuens qualiter doceat. Et recte docens infirmitatem ſuã quotidie quanta poteſt cõſideratione agnoſcat: ne aut humilitas acceſſum fugiat: aut peruentioni vita cõtradicat: aut vita doctrinam deſtituat: aut doctrinã preſumptio extollat. Hinc eſt illuſtriſſime Pater ⁊ domine ꝙ exinde quia officium paſtorale. D. tua Reuerendiſſima tam in ſe quam in grege ſibi commiſſo integre gerit: non impudicus canis: vt eſt in Decretis: ſed verus Epiſcopus ſis: comproberis paſſimqꝫ habearis et prediceris. Cui magnę curę fuiſſe experimento didiſcimus ſuã ſponſam omnibus in rebus cupere quam ornatiſſimam facere: maxime precioſa et veridica librorum ſupellectili: qua nos ſerui indigni eccleſiarum miniſtri rite valeamus peragere diuinum cultum. Unde epytomen ideſt Breuiarium ante quam eadem Amplitudo tua huic ſuę eccleſię preeſſet typica arte propagatum videre et perlegere non ceſſauit: et vbi opus erat quid ⁊ qualiter adderetur ſeu diſpungeretur docuit ⁊ mandauit: ne quid ſupereſſet aut deſideraretur. Cuius cauſa poſt hęc Diurnũ officium per anni circulum cõcinnari iuſſit: onuſqꝫ illud Venerabili Baccalario Cañamares ſue eccleſię non indigno Canonico litterarum ac officij eccle=

Omne bonum. ex apto iacobo. c. j.
Hominem natum ad laborem. Job v. et. vij. c.
Additionem ad ſcientiam. Eccleſ. j. c.
Ariſtotelis. j. ethicorum
Vita et doctrina. c. j. xl. diſtinctionis. et eadem dis. c. Multi ſacerdotes.
Ad fortia. Prouerbiorum. xxxj. c.
Spirituale matrimonium. c. Sicut alterius. vij. q. j. et in c. Reſiſti deteſta
Conſumatum. vt in c. de trans. epi.
Ezechiel. c. xxxiiij.
Vtilitatem. iij. parte theologali Archiepi Florentini. ti. xix.
Pauit eos. ps. lxxvij
Attendite pplē meum
Gregorij. in Paſtorali. in Prologo.
Non impudicus canis. ij. q. vij.
Qui nec regiminis. et. lxxxiij. dis. Nemo.

ſiaſtici ſatis conſcio iniūxit: vt regulis perneceſſarijs proprijs in locis appoſitis liberius et expeditius per eccleſiaſticos viros: expletis horis nocturnis etiam in itinere pēſum ſeruitutis perſoluatur. Tandem libellum: quem Manuale ſeu Sacramenta miniſtrandi praxin practicamue dicunt: tuo iuſſu in vnum corpus congeſtum cum alijs multis ad Sacerdotale munus pertinentibus lima et cenſura tua emaculatū eſſe: verus rumor peruulgataqꝫ fama eſt diſſeminata. Quā ob rē ſolo charitatis Zelo eidem Amplitudini genibus prouoluti ſupplicamus precipiat illam Manualem practicam curatorū ordini ſupra modum neceſſariam percuſſoriā artem cumulari. vt ſpōſa ſua tanto munere ſe donatā gaudeat: prodeatqꝫ in lucē ceteris ornatior librorū pyropis ſeu emblēmatis tanꝗ murenulis aureis: monilibus atqꝫ enotijs: alijſqꝫ id genus ornamentis varietate fulgentibus circumamicta: vt eiuſmodi ſplendore Sacerdotes illuminati et inſtructi in erroris laqueum non prolabantur. Quod ſi .D. tua perilluſtris cum alijs que indies in lucem mittenda molitur cōceſſerit: omnem ſuę dioceſeos clerum dei obſequium exoptantem: ⁊ preteritorum temporum defectum cognoſcentem: illumqꝫ corrigendum et ad filum redigendum ſupra modum cupientem illuminabit: et munere afficiet incomparabili. Ac demum rem faciet omniū bonorū largitori pergratā. Vale Pater optime: ⁊ nos ſub vmbra alarū tuarū protege.

Ad ſacerdotem cupientem recte Sacramenta miniſtrare.

Si ſacramenta cupis dare nobis ſancta decenter:
Plene vt rubricis inuigilare queas:
Hac iter eſt: te calle breui paruoqꝫ labore
Perduxit Preſul: fauſtiter ito viam.
Auctior ecce redit tibi lector amice maniplus:
Cui Ramirus princeps conditor ecce fuit.
Fuluius et veluti coctum redit ignibus aurum:
Sic venit a ſtudijs cultior iſte ſuis.
Cantate ęgregium Patrem: quem protinus omnis
Perpetuo celebret nomine poſteritas.
Hic magnum ſophię lumen diffudit in oras:
Mendas qui terſit: terſit et omne nephas.
Accipite Omyſtę: que paſtor dogmata mittit:
Pro cuius vita: ſint pia vota deo.

Finis.

Praxim. graece interpretatur latine terminatio vel actio.
Pyropis. pyropus est lapis preciosus s. et Carbuncol.
Murenulis. Numeri. xxxj. et Canti. j. et Esaię. iij.
Emblēmatis. i. cum emblematis s. esmaltes. Emblema. i. superabundantia vel eminens sculptura: color naturalis supra positus celature.
Murenulę. sunt ornamenta colli flexuosa instar murenularum et catellę ex auro quibus matrone condecorantur: sicut scribit Hieronymus ad Marcellam his verbis. Aurum colli sui quod murenulam vulgus vocat: q. s. metallo in virgulas lentescente quedam ordinis flexuosi catena contexitur absqꝫ parentibus vendidit. Et murenula diminutiuum est a murena.
Murena. ę. es vn pece: que se cuela como anguilla: y es semeiante a ella. Vide Isidorum. xij. li. Ethimologiarum.
Est etiam murenula. cadenilla texida de vergicas de oro y plata: et ideo dicitur vermiculata. i. similis lineis et arationculis: quas vermes faciunt in cortice arborum: et ideo vermiculata est inter texta emblemmatis vel filis seu virgulis aureis.
Enotijs. Enotia siue ellobia interpretantur in aures los çarçillos. Circumamicta. ps. xliiij. Eructauit cor meum.
Omyste. i. o sacerdotes.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Benedictio aque.

¶ De īſtitutiōe aque bñdicēde p̱ ſa-
cerdotē oīb⁹ dieb⁹ dñicis: p̄terq̄ in
Paſcha ſctē reſurrectiōis ⁊ Pēthe-
coſtes: q̄ꝛ in Sabbatis p̄cedētibus
illas Dñicas Reſurrectionis ⁊ Pē-
thecoſtes aqua fontꝫ baptiſmalis ſo
lēniter ī eccleſijs bñdicitur. Et bñdi
ctis fontib⁹ ante chriſmatꝫ infuſionē
aqua recipitur: ⁊ ad aſpergēdū nos ⁊
domos reſeruat̄ ſicut ī canone cau-
tuꝫ habetur. Ex aqua ergo bñdicta
nos ⁊ loca ī ſignificationē baptiſmi
aſp̱gim⁹: nec aſp̱gimur vt rebaptize
mur: ſed vt grām diuini nominis cū
memoria baptiſmatis inuocem⁹: nō
tñ cātatur **Aſperges.** In paſcha ⁊ pē
thecoſ. vt infra dicetur. ¶ Alexāder
Papa primus. vt habetur de conſe.
diſ. iij. Aquā ſale. inſtituit aquā bene
dici in dieb⁹ dñicis: vt ea cūcti aſp̱ſi

ſanctificent̃ ⁊ purificẽtur: ideo omni bus ſacerdotib⁹ faciẽdũ eſſe mãda uit: nã ſi cinis vitule aſperſus mũda bat a venialib⁹: multo magis aqua ſale aſperſa diuiniſq; precibus ſacra ta populũ ſanctificat atq; mundat a venialib⁹. Et ſi ſale aſperſo per Helyſeũ ſterilitas aque ſanata eſt: quãto magis diuinis ꝑcib⁹ ſacrat⁹ ſal ſteri litatẽ rerũ aufert hũanarũ: ⁊ quoinq̇ natos ſctĩficat ⁊ cetera bona multipli cat: ⁊ inſidias diaboli auertit: ⁊ a phã taſmaticis verſuciis hoĩes defendit.

¶ Bñdictio aque. Et ſacerdos faciat et incipiat vt ſequitur. ℣.

Sacerdotes tui induãtur iuſticiã. ℟. Et ſancti tui exultent. ℣. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

BIBLIOTECA UNIVERSITAT DE ...

Benedictio aque.

Omnipotēs ſempiterne deus: q ſacerdótibꝰ tuis pre céteris tātam gratiā cōtuliſti: vt quicquid ab eis in tuo nómine digne perfecteq3 ágit̃: a te fieri credátur: quéſumus immēſam clementiā tuā: vt quod modo viſitatúri ſumꝰ: viſites: quicquid benedictúri: bn̄dícas. Sitq3 ad noſtre humilitátis introitū: ſctōꝝ tuoꝝ méritis fuga démonū: ⁊ ángeli pacis ingreſſus. Per dominū noſtrū. vſꝰ.

Adiutoriū noſtrū. ℞. Qui fecit. ℣. Sit nomē dn̄i. ℞. Ex hoc nūc. Sed hic nō dr̄. Dn̄s vobiſ. nec. Oremꝰ. Sed abſolute faciat Exorziſmū. ¶ Exorziſmꝰ ſalꝫ.

Exorzizo te creatúra ſalis ꝑ deū ✠ viuū: per deum ✠ verū: per deum ✠ ſanctū. Per deuz qui te per Helyſéum prophetā in aquam mitti iuſſit: vt ſanaretur ſterilitas aque: vt

efficiaris ſal exorzizatū in ſalutē credentiū: vt ſis omnibus te ſumentib⁹ ſanitas mentis ⁊ corporis: ⁊ effugiat atqꝫ diſcedat ab eo loco in quo aſperſuz fueris: omnis phantaſia ⁊ nequitia: vel verſutia diabolice fraudis: omniſqꝫ ſpiritus immūdus adiuratus. Per eū qui venturus eſt iudicare viuos et mortuos et ſeculum per ignem. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

IN mēſam clemētiā tuā omnipotēs eterne de⁹ humiliter imploramus: vt hāc creaturā ſalis: quā in vſuz generis humani tribuiſti: bene ✠ dicere ⁊ ſan ✠ ctificare tua pietate digneris: vt ſit oībus ſumētibus ſalus mētis ⁊ corporis: vt q̇cq̇d ex eo tactuz vel reſperſum fuerit: careat oī immūditia: omniqꝫ impugnatione ſpiritualis nequitie. Per dn̄m nr̄m.

Exorziſmꝰ aque: ⁊ nō dicit. Oremꝰ.

E Xorzizo te creatura aque i nō-
mine dei pa ✠ tris: omnipotē-
tis: ⁊ i nomine ieſu chriſti ✠ filij eius
domini noſtri: ⁊ in vnitate ſpiritꝰ ✠
ſancti: vt efficiarꝫ aqua exorzizata ad
effugādam omnē poteſtatē inimici:
⁊ ipſum inimicū erradicare ⁊ explā-
tare valeas cū angelis ſuis apoſtati-
cis: per virtutē eiuſdem domini no-
ſtri ieſu chriſti: qui vēturus eſt iudica
re viuos et mortuos et ſeculum per
ignem. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

D Eus qui ad ſalutē humani ge-
neris maxima queqꝫ ſacramē
ta in aquarū ſubſtātia cōdidiſti: ade-
ſto propitius inuocationibꝰ noſtris:
⁊ elemēto huic multimodis purifica
tionibus preparato virtutem tue be
ne ✠ dictiōis īfunde: vt creatura tua

myſtérijs tuis ſeruiēs ad abijciēdos
demones morbóſq3 pellēdos diuí
ne gratie ſumat effectū: vt quicq̇d in
domib⁹ vel ī locis fidéliū hec vnda
reſpérſerit: cáreat omni immūdítia:
liberétur a noxa: nō illic reſídeat ſpí-
rit⁹ péſtilēs: nō aura corrūpēs: diſce-
dāt omnes inſídie latētis inimíci: ⁊ ſi
quid eſt: qᵭ aut in columitáti habi-
tātiū inuidet aut quiéti: aſperſiōe hu
ius aque effúgiat: vt ſalúbritas per in
uocationē tui ſancti nóminis expetí
ta: ab oībus impugnationib⁹ ſit de-
fenſa. Per dominū. ℞. Amen. Sacer-
dos hic mittat ſal in aquā dicendo.

Commixtio ſalis ⁊ aque ſit pári
ter benedicta in nomine pa ✠
tris et fi ✠ lij et ſpirit⁹ ſan ✠ cti. Amē.
Verſ⁹. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum
ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Benedictio aque.

DEus inuicte virtutis auctor: et
inſuperabilis īperij rex: ac ſem
per magnificus triūphator: qui ad=
uerſe dominationis vires reprimis:
qui inimici rugiētis ſeuitiā ſuperas:
qui hoſtiles nequitias potēter expu
gnas: te domine trementes ⁊ ſuppli=
ces deprecamur ac petimus: vt hāc
creaturā ſalis et aque dignanter acci
pias: benignus illuſtres: pietatis tue
more ſan ✠ ctifices: vt vbicunqꝫ fue
rit aſperſa: per inuocationē ſancti tui
nominis omnis infeſtatio immundi
ſpiritus abijciatur: terrorqꝫ veneno=
ſi ſerpentis procul pellatur: et preſen
tia ſancti ſpiritus nobis miſericor=
diam tuam poſcentibus vbiqꝫ adeſ
ſe dignetur. Per dominū noſtrū ie=
ſum chriſtū filiū tuū: qui tecum viuit
⁊ regnat in vnitate eiuſdē ſpiritus ſcti

deus. Per oĩa ſecula ſeculoꝝ. Amẽ.
Benedictio dei pa✠tris omni
potẽtis: ⁊ fi✠lij: ⁊ ſpiritꝰ ſan✠
cti deſcẽdat ⁊ maneat ſuper hãc crea
turam ſalis ⁊ aque. Amẽ. ¶ Hoc fa-
cto ſacerdos faciat aſperſoriũ: vt ſe-
quit. antiphõa. Aſperges me domine
hyſopo: ⁊ mundabor. Lauabis me: ⁊ ſuper
niuem dealbabor. vꝰ. Miſerere mei deus
ſecũdum magnam miſericordiã tuam. v.
Gloria patri. Repetat. Aſperges. Ut ſu
pra. Et ſtatim dicatur. añ. Signum ſa
lutis pone domine in domibus iſtis: vt nõ
permittas introire angelum percutiẽtẽ in
domibus: in quibus habitamus. De celo
pone ſignum tuũ domine: ⁊ protege nos:
et non erit in nobis plaga nocens. vſus.
Oſtende nobis domine miſericordiam
tuam. ℞. Et ſalutare tuũ da nobis. v. Bea-
ti qui habitant in domo tua domine. ℞.

Jn ſecula ſeculorũ laudabũt te. ℣. Domie
exaudi orõnẽ meã. ℟. Et clamor meus. ℣.
Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ. Oremus. Orõ.
Exaudi nos domine ſancte pa-
ter omnipotẽs eterne deus: et
mittere digneris ſanctũ angeluz tuũ
de celis: qui cuſtodiat: foueat: prote-
gat: viſitet ⁊ defendat omnes habitã
tes vel conuenientes in hoc habita
culo. Per chriſtũ dñm nr̃m. ℟. Amẽ.
¶ Hic ordo ſuperior ſeruat̃ in aſper
ſorio per totũ annũ: excepto quod ĩ
Dominica Paſſionis non dicitur.
Gloria patri. Neqȝ in Dominica in
Ramis palmarũ. Sed poſt verſum.
Miſerere mei. Repetitur immediate.
Aſperges. Et a dñica ſancte Paſche
vſqȝ ad diem ſanctum Penthecō-
ſtes incluſiue loco Aſperges. Dicitur
in aſperſorio Antiphona ſeq̃ns. añ.

Vidi aquá egrediētē de tēplo a látere dextro alleluya: et oēs ad quos peruénit aqua iſta: ſalui facti ſunt: ⁊ dicēt alleluya alleluya. In die Paſche dicit̃ hic. v⁹. Hec dies quā fecit dóminus: exultem⁹ ⁊ letémur i ea. Alio vero tpe dicit̃ v⁹. Cōfitemini dn̄o quóniā bonus: qm̄ in ſeculū mia eius. v⁹. Gloria patri. Repetatur. Vidi aquā. Ut ſupra. v⁹. Reſurrexit dn̄s. ℟. Sicut dixit vobis all'a. v⁹. Oſtēde nobis. Cū alijs verſib⁹: ⁊ orōne vt ſupra i aſpſorio i quo cātat̃. Aſperges. ¶ Et notandū qđ qn̄ fit ꝓceſſio dn̄icis dieb⁹: ſacerdos ſtās i choro ſeu ante altare: verſus ſeqntes ſunt dicēdi qlibet ſuo tpe. ¶ In aduētu dn̄i. v⁹. Roráte celi désup: ⁊ nubes pluāt iuſtum. ℟. Aperiatur terra: et gérmiet ſaluatorē. In natiuitate dn̄i. v⁹. Puer nat⁹ eſt nob. ℟. Et fili⁹ dat⁹ eſt nob. In epiphania dn̄i. v⁹. Vidim⁹ ſtellā ei⁹

in oriēte. ℟. Et venimus cū muneríb⁹ ado rare dóminuz. In ſeptuageſima. verſus. Domine refugiū factus es nobis. ℟. A generatione in generatiónem. In quadrageſima. ℣. Scapulis ſuis obūbrabit tibi. ℟. Et ſub penis eius ſperabis. In paſſione domini. ℣⁹ Dederūt in eſcam meam fel. ℟. Et in ſiti mea potauérunt me aceto. In reſurrectione domini. ℣. Surrexit domin⁹ de ſepulchro alleluya. ℟. Qui pro nobis pepēdit in ligno alleluya. In aſcēſſione domini. verſus. Aſcendo ad patrē meum et patrem veſtrū alleluya. ℟. Deum meum et deum veſtrum alleluya. In ſancto ſpiritu. ℣. Spiritus dn̄i repleuit orbē terrarū alľ. ℟. Et hoc qđ cóntinet oia: ſciētiam habet vocis alleluya. Omnibus aliis diebus dominicis. ℣⁹. Excelſus ſuper omnes gentes dominus. ℟. Et ſuper celos gloria eius. Oratio vt ſupra.

Incipit liber Manualis ſiue practica miniſtrandi ſacramenta ſecundū vſum et cōſuetudinem alme eccleſie Conchenſis et per totam eius dioceſim: et primo de Baptiſmo incipiendo a benedictione fontis baptiſmalis.

¶ Ante omīa ergo accedat ſacerdos ad fontē ſeu pilam baptiſmalez: cruce: candela: oleo cathecuminoruz: ⁊ chriſmate ibi aportatis: et faciat benedictionem abſolute incipiendo.

Kyrie el'. Chriſte el'. Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos. Chriſte defēde nos. Chriſte parce peccatis nr̄is. Pater de celis deꝰ. Miſerere nobis. Fili redēptor mundi deus. Miſerere nobis. Spiritꝰ ſancte deus. Miſerere nobis. Sācta trinitas vnꝰ deꝰ. Miſerere no.

Sancta Maria. Oꝛa pꝛo nobis.
Sancta dei genitrix. oꝛa.
Sancta virgo virginum. oꝛa.
Sancte Michael. oꝛa.
Sancte Gabꝛiel. oꝛa.
Sancte Raphael. oꝛa.
Oēs ſcti āgeli ⁊ archāgeli dī. oꝛate.
Oēs ſcti btōꝝ ſpūum oꝛdīes. oꝛate.
Sancte Joānes baptiſta. oꝛa.
Oēs ſcti patriarche ⁊ ꝓphete. oꝛate.
Sancte Petre. oꝛa.
Sancte Paule. oꝛa.
Sancte Andrea. oꝛa.
Sancte Jacobe. oꝛa.
Sancte Joannes. oꝛa.
Sancte Thoma. oꝛa.
Sancte Jacobe. oꝛa.
Sancte Philippe. oꝛa.
Sancte Bartholomee. oꝛa.
Sancte Matthee. oꝛa.

Sancte Simon. ora.
Sancte Thadee. ora.
Sancte Matthia. ora.
Sancte Barnaba. ora.
Sancte Luca. ora.
Sancte Marce. ora.
Omnes ſcti apl'i ꝛ euãgeliſte. orate.
Omnes ſancti diſcipuli dñi. orate.
Omnes ſancti innocentes. orate.
Sancte Stephane. ora.
Sancte Line. ora.
Sancte Clete. ora.
Sancte Clemens. ora.
Sancte Eugeni. ora.
Sancte Laurenti. ora.
Sancte Vincenti. ora.
Sancti Corneli ꝛ Cipriane. orate.
Sancti Coſma ꝛ Damiane. orate.
Scti Fabiane ꝛ Sebaſtiane. orate.
Sancte Blaſi. ora.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Omnes ſancti martyres. orate ꝑ.
Sancte Silueſter. ora.
Sancte Hilari. ora.
Sancte Marcialis. ora.
Sancte Martine. ora.
Sancte Auguſtine. ora.
Sancte Hieronyme. ora.
Sancte Ambroſi. ora.
Sancte Gregori. ora.
Sancte Illefonſe. ora.
Sancte Nicholae. ora.
Sancte Benedicte. ora.
Sancte Franciſce. ora.
Omnes ſcti cōfeſſores dei. orate ꝑ.
Sancta Anna. ora.
Sancta Maria magdalena. ora.
Sancta Martha. ora.
Sancta Felicitas. ora.
Sancta Perpetua. ora.
Sancta Agatha. ora.

Sancta Agnes. ora.
Sancta Lucia. ora.
Sancta Anaſtaſia. ora.
Sancta Catherina. ora.
Sancta Barbara. ora.
Sancta quiteria. ora.
Sancta Juliana. ora.
Omnes ſancte virgines. orate.
Omnes ſancti ⁊ ſancte dei. orate.
Propitius eſto. Parce nobis dñe.
Ab inſidijs diaboli. Liba nos dñe.
Ab omni malo. Libera nos dñe.
A periculo mortis. Libera nos dñe.
A dãnatione ꝑpetua. Liba nos dñe.
A morte ſubitanea ⁊ etña. Liba nos.
A fulgure ⁊ tẽpeſtate. Liba nos dñe.
Per myſteriũ ſctẽ ĩcarnatiõis tue. li.
Per ſctãm natiuitatẽ tuã. Liba nos.
Per paſſionẽ ⁊ ſctãm crucẽ tuã. liba.
Per gl'ioſam reſurrectionẽ tuã. liba.

Bñdictio fontis.

Per admirabilẽ aſcẽſſionẽ tuã. liba.
Per grãm ſcti ſpũs paracliti. libera.
In die iudicij. Libera nos dñe.
Peccatores. Te rogam⁹ audi nos.
Ut pacẽ nobꝫ dones. te rogam⁹ au.
Ut eccleſiã tuã ſctãm regere ꝛ defen
ſare digneris. Te rogam⁹ audi nos.
Ut fontẽ iſtũ bene ✠ dicere et ſan ✠
ctificare digneris. Te rogam⁹ audi.
Ut nos exaudire dignerꝫ. Te roga.
Fili dei. Te rogamus audi nos.
Fili dei. Te rogam⁹ audi nos. Fili
dei. Te rogam⁹ audi nos. Agn⁹ dei
q̇ tollis pctã mũdi. Exaudi nos dñe.
Agn⁹ dei q̇ tollis pctã mũdi. Miſere
re nobis. Agn⁹ dei q̇ tollis pctã mũ
di. Dona nobis pacẽ. Chriſte audi
nos. Kyrie el'. Chriſte el'. Kyrie el'.
Pater nr̃. ℣. Et ne nos inducas i tẽtatio
nẽ. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Adiutoriũ

noſtrum in nomine dn̄i. ℟. Qui fecit celū ⁊
terram. ℣. Sit nomē dn̄i benedictū. ℟. Ex
hoc nūc ⁊ vſqꝫ in ſeculū. ℣. Dn̄s vobiſcū.
℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

OMn̄ps ſempiterne deus: adeſto
magne pietatis tue myſterijs:
adeſto ſacramētis: ⁊ ad recreādos no
uos populos quos tibi fons baptiſ-
matis parturit: ſpiritum adoptionis
emitte: vt qđ noſtre humilitatis gerē
dū eſt myſterio: tue virtutis impleat
effectu. Per dn̄m nr̄m ieſum xp̄m fi
liū tuū. Qui tecū viuit ⁊ regnat i vni-
tate eiuſdem ſpūs ſctī deus.

Prefatio.

PEr oīa ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amē.
Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cū ſpū tuo.
Surſuz corda. ℟. Habemꝰ ad dn̄m.
Grãs agamꝰ dn̄o deo nr̄o. ℟. Dignū
⁊ iuſtū ē. Vere dignū ⁊ iuſtū ē: equū ⁊

ſalutare. Nos tibi ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ gr̄as
agere. Dñe ſctē: pr̄ om̄ps eterne deus:
Qui inuiſibili potētia ſacramentoꝝ
tuoꝝ mirabiliter operaris effectū: ⁊ li
cet nos tātis myſterijs exeq̄ndis ſim⁹
indigni: tu tñ gratie tue dona nō de-
ſerens: etiā ad nr̄as preces aures tue
pietatis inclina. Deus cuius ſpūs ſuꝑ
aquas inter ipſa mūdi primordia fe-
rebat: Ut iā tūc virtutē tue ſctificatio
nis aquarū natura cōciperet. Deus q̇
nocētꝫ mūdi crimīa ꝑ aquas abluēs:
regenerationis ſpeciē in ipſa diluuij
effuſione ſignaſti: vt vnius eiuſdēqꝫ
elemēti myſterio: ⁊ finis eſſet vitijs: et
origo virtutib⁹. Reſpice dñe in faciē
eccleſie tue: ⁊ multiplica in ea regene
ratiōes tuas: q̇ gratie tue affluētis im
petu letificas ciuitatē tuā: fontēqꝫ ba
ptiſmatis aperis toto orbe terrarum

gentibꝰ innouādis: vt tue maieſtatis imperio ſumat vnigeniti tui grām ꝺ ſpū ſctō. Hic diuidat aquā intꝰ ī fonte faciēdo crucē cū manu extēſa dicēs.

Qui hāc a ✠ quā regenerādiꝭ hominibꝰ preparatā archana ſui luminis admixtione fecūdet: vt ſctificatione cōcepta ab immaculato diuini fontis vtero ī nouā renatā creaturā progenies celeſtis emergat: ꝛ quoꝭ aut ſexus ī corpore: aut etas diſcernit in tēpore: oēs in vnā pariat gratia mater infantiā. Procul ergo hinc iubēte te dñe oīs ſpirituꝭ immūdus abſcedat. Procul tota neqͣtia diabolice fraudiꝭ abſiſtat. Nihil hic loci habeat cōtrarie virtutis admixtio: non inſidiādo circumuolet: nō latēdo ſubripiat: non inficiēdo corrumpat. Hic cum manu tangat aquā ſacerdos dicens.

Sit hec sctā ⁊ innocēs creatura libe
ra ab oī impugnationis incursu: ⁊ to
tius nequitie purgata diſceſſu. Hic fa
ciat tres cruces diuidēdo aquā cum
manu dicendo Sit fons ✠ viuus.
Aqua re ✠ generās. Unda ✠ purifi-
cās: vt oēs hoc lauacro salutifero di
luēdi operāte in eis spiritu sctō pfecte
purgationis indulgētiā cōsequātur.
Hic faciat ſuper aquā ſeq̄ntes cruces
sctificādo nō tāgendo aquā dicens.
Unde bene ✠ dico te creatura aque.
Per deū ✠ viuū. Per deū ✠ veruz.
Per deū ✠ sctūm. Per deū ✠ qui te
in principio verbo ſeparauit ab ari-
da: cuius spūs ſuper te ferebat: q̇ te de
paradiſo manare fecit: ⁊ in quattuor
fluminibus. Hic ſacerdos accipiat
aquā cū manu de Pila: ⁊ extra fontē
aspgat in modū crucis. s. vsus oriētē.

Occidētē. Septētrionē. Et meridiē. cum nominauerit nomīa quattuoꝛ fluuioꝛū. Phiſon, Gion, Tigris, ⁊ Eufrates, totā terrā irrigare ꝓcepit. Qui te ī deſerto amarā ſuauitate inↄdita fecit eſſe potábilē: ⁊ ſitiēti pópulo de petra pꝛodúxit. Hic faciat crucē in aquā cū duob⁹ digitis dicēdo. Unde bene ✠ dico te per ieſum xp̄m filiū eius vnicū dn̄m nr̄m: Qui te in chaná galilee ſigno admirábili: ſua potētia cōuertit in vinū. Qui pédib⁹ ſuis ſup te ambulauit: ⁊ a Joāne ī ioꝛdáne flumine in te baptizat⁹ eſt. Qui te vná cū ſanguīe de látere ſuo ꝑduxit: ⁊ diſcipulis ſuis iuſſit. Ut credentes baptizarētur in te dicens. Jte: docete omnes gentes baptizantes eos. Jn nomine pa ✠ tris et fi ✠ lij et ſpiritus ſan ✠ cti. Hic nō dicitur. Amen.

Bñdictio fontis.

Hic aſpiret ſacerdos tribus vicibus ſuper aquam in modũ crucis reiterã do cũ anhelitu: dicendo. Hec nobis

^ vſq ad verbum. Aſpira.

p̄cepta ſeruãtib⁹ tu deus oĩpotens clemens adeſto: tu benignus aſpira. Tu has ſimplices aquas tuo ore bñdicito: vt pter naturalẽ emũdationẽ quã lauãdis poſſint adhibere corporib⁹: ſint etiã purificãdis mẽtib⁹ efficaces. Hic mittat Sacerdos cereũ ſiue cãdelã accẽſam in aquã dicendo. Deſcendat in hãc plenitudinẽ fontis virtus ſpiritus ſcti tui: totãqz huius aque ſubſtãtiam regenerãdi fecũdet effectu. Hic extrahat cãdela d aqua. Hic oĩm peccatorum macule deleant. Hic natura ad imaginẽ tuã condita: et ad honorẽ ſui reformata principij: cũctis vetuſtatis ſquallorib⁹ emũdetur: vt oĩs homo hoc ſacramẽtũ re-

generationis ingreſſus: in vere inno
cẽtie nouã infantiã renaſcat᷑. Per do
minũ nr̃m ieſum xp̃m filiũ tuũ: Qui
vẽtur⁹ eſt iudicare viuos ⁊ mortuos
⁊ ſeculũ per ignem. Amẽ. Hic bene-
dicatur aqua ſtillando cũ candela ſu
per aquam ĩ modũ crucis recitãdo.

SAnctificetur et fecundetur fons
iſte ex eo renaſcẽtibus in vitam
eternam. In nomine pa✠tris ⁊ fi✠
lij: ⁊ ſpiritus ſan✠cti. Amẽ. Hic po-
natur oleũ intus in aqua ad modum
crucis dicẽdo.

COniũctio olei
vnctionis ⁊ aque baptiſmatis
fiat. In nomine pa✠tris et fi✠lij et
ſpiritus ſan✠cti. Amen. Hic ſimili-
ter ponatur chriſma ad modum cru
cis intus in fonte ſic dicendo.

COniũctio chriſmatis ſc̃tifica-
tionis: ⁊ olei vnctionis: ⁊ aque

baptiſmatis fiat. In noīe pa✠tris ⁊
fi✠lij ⁊ ſpūs ſan✠cti. Amen. Bn̄o.
ET bn̄dictio dī pa✠trꝫ oīpotē
tꝫ: ⁊ fi✠lij: ⁊ ſpūs ſan✠cti: deſcē
dat ſup̱ hūc fontē baptiſmatꝫ. ℟. Amē.

¶ Unū notet̃ etiā hoc in loco q̄d ſu-
pra dictū eſt in bn̄dictione aque pro
diebꝰ dn̄icis: q̄ ī ſabbato ſctō paſche
reſurrectiōis dn̄ice ⁊ ſabbato paſche
pēthecoſtes bn̄dicit̃ aqua fontis ba
ptiſmalis: Et ex ea cōplures accipiūt
ad ſe et domos ſuas aſp̱gēdū: q̄d eſt
magne vtilitatis ⁊ deuotionis. Et edi
tui ſeu ſacriſte ſumunt ex dicta aqua
ad faciēdū aſp̱ſoriū ī die paſche. Sʒ
illud faciāt ante olei ⁊ chryſmatis in
fuſionē. Nā poſtea nullo mō ſumāt.
Et ſi aliq̄ fuerint baptizādi ī talibꝰ vi
gilijs paſche vtriuſqꝫ: īfundat̃ oleū ⁊
chryſma: et more cōſueto baptizent̃.

¶ De ſacramēto baptiſmi in ma
xima necceſſitate vel periculo.

Si īfans fuerit in tā extrema
necceſſitate qđ ī primo ti=
meat̄ de eius morte: tūc ſa=
cerdos oī mora poſtpoſi=
ta: omiſſaqȝ omnimoda ſolēnitate:
ſumpta aqua ī aliquo vaſe vel ī ma=
nu: ſi vas haberi non poterit: bapti
zet illū talē infantē vel adultū bapti=
zandū vocato eius nomine dicens.
Petre. vel. Maria. Ego te baptizo ī
noīe pa ✠ tris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſctī. Amē.
Si vero nō fuerit talis vel tāta nec=
ceſſitas: ſed ad huc timeat̄ de morte:
tn̄ aliquantulū ſpacij dari credat̄ ad
baptizādū: nō tn̄ tātū: qđ oīs ſolēni=
tas fieri poſſit: tūc Sacerdos indut⁹
Superpellitio ⁊ Stolla dicat ſup in
fantē vl' adultū: q̊ baptizād⁹ fuerit.

Adiutoriū nr̄m in nomine dn̄i. ℟. Qui fecit celū ⁊ terrā. ℣. Sit nomē dn̄i benedictū. ℟. Ex hoc nūc ⁊ vſqꝫ in ſeculū. ℣. Dn̄e exaudi orōnē meā. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiſ. ℟. Et cū. Oremus. Orō.

MEdelam tuā deprecor dn̄e ſancte pater oīp̄s eterne de⁹: q̇ ſubuenis in periculis laborātib⁹: q̇ temperas flagella dum verberas: te dn̄e ſupplices dep̄camur: vt hunc famulum tuum exuas ab oī inualitudine: vt nō preualeat inimic⁹ vſqꝫ ad aīe tētationē: ſicut in Job terminū ei pone: ne inimicus de aīa iſta ſine redēptiōe baptiſmatꝫ incipiat triūphare. Differ dn̄e exitū mortꝫ: et ſpaciū vite extēde: et releua vſqꝫ pducas ad grāz baptiſmi tui. Per xp̄m dn̄z nr̄m. ℟. Amē. Et cathezizet eum dicēs. Nec te latet ſathana. quere infra. fol. xxvij.

Poſtea exorzizet aquã poſitã ĩ aliq̊ vaſe: dicẽs.

Exorzizo te creatura aque in nomine dei pa ✠ tris oĩpotẽtis: et ĩ nomine dñi nr̃i ieſu chri ✠ ſti: ⁊ ĩ virtute ſpũs ſan ✠ cti: vt ſi qua eſt ĩ te fantaſia: ſi qua virtus inimici: ſi qua incurſio diaboli: erradicet ⁊ effugiat: vt fias fons ſalutis in vitã eternã: ⁊ cũ baptizatus fuerit hic famulus dei: fiat tẽpluz dei viui in remiſſionẽ oĩm peccatoꝝ. In nomine eiuſdẽ dñi noſtri ieſu chriſti: qui venturus eſt iudicare viuos et mortuos ⁊ ſeculum per ignem. ℟. Amen. Deinde baptizet eũm his verbis. Petre. vel. Maria. Ego te baptizo in nomine pa ✠ tris: et filij: et ſpiritus ſancti. Amen. Si vero infans ſuperuixerit: deferatur ad eccleſiam: et fiant in eo omnia que fieri ſolẽt poſt baptiſmũ.

Directoria circa baptiſmũ.

¶ Directoria quedã ꝑ ſacerdotibus circa baptiſmũ: ꝓmittũtur in lingua hiſpana: vt magis in prõptu habeantur.

Ante todas coſas ſe tenga memoria q̃ eſte ſancto ſacramẽto ſe ha ď dar en qualquier tiẽpo: aun q̃ ſea en tiẽpo ď entredicho. E tãbien el Exorziſmo ꝛ Catheziſmo dentro dela igleſia echados della los entredichos: y excomulgados. ¶ E quãdo algũa criatura traxerẽ ala igleſia para recebir eſte ſancto ſacramẽto del baptiſmo: ꝛ fuere pequeña: el Cura o ſacerdote o otro que la ouiereñ baptizar: ſepa ſi ha ſeido baptizada derechamẽte en caſa por algũ peligro: como muchas vezes acaeſce. En tal caſo hallando q̃ rectamẽte fue baptizada: no la ha de baptizar: mas haga el Exorziſmo ꝛ Catheziſmo: ꝛ pongale el olio ꝛ la chriſma ſobre la pila como es coſtũbre. y põgale el alba o capita que ſe dize y candela como ſino fueſſe baptizado. E ſi hallare que no fue canonicamẽte baptizada la tal criatura: baptizela more ſancte eccleſie. E ſi ouiere dubda: baptizela eneſta forma: diziẽdo. **Si non es baptizatus: Ego te baptizo. In nomine pa ✠ tris: ꝛ filij: ꝛ ſpiritꝰ ſancti. Amen.** ¶ Empero mire el ſacerdote que no acabe eſtas palabras antes que eche el agua ſobre la criatura: ni acabe de echar el agua antes que comience las palabras: porque en eſte ſacramẽto ſe requiere ſimultad de tiẽpo: quanta ſe requiere en los hechos humanos: ſegũ el Decreto. j. q. j. c. detrahe. De manera q̃ el echar del agua y dezir delas palabras cõ intenciõ de baptizar ſea iũctamẽte hecho y dicho. y eſto ſe dize ſimultas tẽporis. ſ. quanta ſe requiere en los fechos humanos y hazerſe puede: pero nõ punctual mente que a penas podria ſer: empero ſegun Ricardo abaſta que la prolaciõ delas palabras ſe eſcomiẽce ante que la ablucion ſe acabe: y por el contrario. illud idẽ dicit Scotus. iiij. ſen. diſ. vj. q. iij. ¶ E quãdo en neceſſidad o peligro el clerigo fuere llamado para baptizar algũa criatura: ya eſta dicho arriba y notado q̃ dexada toda ſolẽnidad la ha de baptizar: y como. Mas quãdo occurriere dubda ſi alguno aya ſeido baptizado legitimamẽte o no: en manera q̃ probablemẽte ſe dubde q̃ aya faltado agua natural q̃ eneſte ſacramento es materia neceſſaria: o que la forma delas pa

Puer ſub conditione baptizandus

Aq̃ ſimul aſpergatur cum verba proferuntur.

Simultas tp̃oris: Scotus in 4°. vbi ſ. dicit q̃ ſiue Sacerdos prius immergat vna immerſiõe vbi moris terre eſt immergere: et poſtea incipiat verba cum ſecunda immerſione ſiue prius incipiat verba dicere. Et dicto Ego te baptizo: immergat cum illis verbis ſequẽtibus: eſt ſufficiens Simultas: dum tamen prolatio non finiatur ante inceptionẽ immerſionis ſeu ablutionis: nec ablutio finiatur ante inceptionem prolationis: talis ſimultas eſt ſufficiens ad Baptiſmum.

labras no aya ſeido legitimamēte guardada: entonces el ſacerdote
lo podra emēdar: en eſta manera. Que traida la criatura pa recebir
la chriſma: eſcomençara de principio a hazer todas las coſas q̄ en
eſte ſacramēto ſon eſtablecidas de ſe dezir o hazer. Finalmēte quā
do vinierē al tp̄o dela aſperſiō del agua enla fuēte baptiſmal: diga
el ſacerdote. **Si non es baptizat9: Ego te baptizo. In nomine pa
tris: et filij: Et ſpūs ſcti. Amē.** Mas ſi no ouiere duda antes cōſta
re ſer la tal criatura baptizada: deuēſe ſuplir todas las coſas aſſi las
q̄ precedē al baptiſmo como las ſiguiētes deſpues: q̄ ſe dexarō de
hazer por la inſtante neceſſidad: vt patet de conſe. diſ. iiij. c. Si-
cut noſtis. ⁊ ſumit ab auguſtino libro de Symbolo. Ricar. in. iiij.
diſ. vj. ar. vj. ¶ Itē ſe note q̄ muchas vezes acaeſce emboluerſe la
criatura in maternis vteris: de manera q̄ la madre no la puede pa-
rir: de dōde la madre y la criatura peligrā: y entōces ſi appareſce al
gū miēbro de fuera del viētre dela madre: aſſi como cabeça: mano o
pie. Sobre aq̄l miēbro ſe echara el agua cō la deuida forma del ba *Pars q̄ apparet aſpergatur*
ptiſmo: como arriba es dicho y aſſi la tal criatura ſe baptizara. E
ſi deſpues ſaliere la tal criatura biua no ſe rebaptizara: ſi ſe guardo
enteramēte la forma del baptiſmo: mas ſuplir ſe hā las coſas dexa
das como arriba eſta notado. E ſi acaeſciere la tal criatura morir:
enterrarſe ha como xp̄iano en lugar ſagrado: como lo nota el Sco-
to in. iiij. diſ. iiij. q. iij. E avn q̄ eneſte caſo aya diuerſas opiniones
de doctores: la ſentētia de Lādulpho es mas ſegura y muy piadoſa
enel. iiij. delas ſentētias. enla. diſ. iiij. q. j. dōde tiene: q̄ ſi el pie o ma
no d̄la criatura appareciere: que ſe deue baptizar como dicho es.
Mas q̄ ſi d̄ſpues naſciere biua la tal criatura: q̄ ſe deue baptizar de
baxo de cōdiciō: diziēdo. **Si nō es baptizat9: Ego te baptizo. In
nomine patris: et filij: ⁊ ſpūs ſcti. Amē.** Lo miſmo tiene ſctō Tho
mas. y el Ricardo. enel miſmo. iiij. li. delas ſentēcias. y el Cardenal.
enla clemētina d̄la fee. de. Sum. tri. dize deuerſe eſto miſmo hazer
aſſi en tp̄o de neceſſidad por la ſecreta opaciō del ſpū ſctō. j. q. j. c.
Multi. circa mediū. E la tal criatura aſſi baptizada ſi muriere: ēter
rarſe ha en lugar ſagrado como el Scto lo nota enel. iiij. diſ. iiij.
q. iij. Empo ſi la cabeça appareciere: y ſe baptizare ſobre ella: ba-
ptizada es la tal criatura: y no ay neceſſidad dela tornar a bapti-

zarmas ſupplirſe han todas las coſas de ſolemnidad dexadas.
¶ E ſi la madre fueſſe muerta del todo: y biua la criatura: enton-
ces aquellos a quiẽ toca la deuẽ abrir: y la criatura ſacada bapti-
ze ſe: en otra manera ſi la madre no es muerta: no ſe deue abrir: por
que no ſe ha d̃ hazer mal ala madre: porque ala criatura vẽga biẽ:
Segũ la ſentẽtia del Apoſtol ad Romanos. iij. ¶ Item quãdo
el que ha de ſer baptizado fuere traydo ante las puertas dela igle
ſia: el Sacerdote veſtida la ſobrepeliz y ſtola ſalga ala puerta dela
igleſia cõ cruz: candela encendida: y agua bendicta. E ante todas
coſas pregũte quiẽ y quantos ſon los padrinos. E no conſienta q̃ (*Patrinj.*)
ſea padrino Abbad de moneſterio, ni mõge, ni religioſo de ordẽ: co
mo ſe nota enel. c. Nõ licet. de con. diſ. iiij. ⁊ in. c. Placuit. el. ij. xvj.
q. j. Tamen ſi touierẽ o tocarẽ la criatura cõpadres ſon. El padre
o la madre no puedẽ ſer cõpadres ſi ſon ayũtados en matrimonio:
como ſe nota. xxx. q. j. c. Ad limina. porque cõtraherian parentela
ſpiritual. E aſſimiſmo baptizando ſaluo en extrema neceſſidad.
Empero cauallero dela caualleria de Sanctiago y otra ſemejãte
podran ſer padrinos. ¶ Moro ni judio ni pagano no puede ſer pa (*Judeus vel paganus nõ leuabit de fonte.*)
drino. y podria no auiendo otro miniſtro en tiẽpo de vrgente nec-
ceſſidad baptizar. de con. diſ. iiij. c. A quodã iudeo. et. c. Cõ quidã
et. S. Tho. iij. parte. q. lxvij. ar. v. Tanto que realmente touieſſe
intencion de hazer lo que haze la ſancta madre igleſia. Porque en
eſte caſo puede tener las vezes de dios: como ſea ſu criatura: pero
no enel ſegundo caſo de ſer padrino porque no es miembro dela
igleſia: ni puede aſſimiſmo cõtraher parẽtela ſpiritual: como ſea
ſin parte d̃ gracia ſpiritual: como lo trahe ſancto Thomas. iij. par
te. et ſunt declaranium in Concilio Maguntino. ¶ E ſepa el ſacer-
dote que baſtaria vn padrino: como ſe nota de con. diſ. iiij. c. In ca
thezimo. et. c. Non plures. Empero de coſtumbre no ſe guarda.
Porque enel vſo d̃la igleſia Toledana: ſe acoſtumbra: que ſi el que
ſe baptiza es varon ſon tres padrinos y dos comadres. E ſi fuere
hembra recibenſe tres madrinas y dos compadres que no ſean d̃
la parentela o afinidad del baptizado o de ſus padres. E con eſta
coſtumbre ſe deue conformar eſta dioceſi. En otras dioceſes ſe re
cibẽ dos padrinos a denotar la vnidad dela deidad y humanidad.

¶ *Quod vir et vxor non debeant ſimul eẽ compatres notat^{ur} in. c. Quod autem vxor. 30. q. 4. Et in glo. capituli. Si quis vnus. eadem. 30. q. iiij. Et in glo. finali. in. c. Si quando. ex. de reſcriptis. vide etiam in Rationali. parte ſeu li. vj. vbi de Baptiſmo. Sed in quibuſdam eccl[ie]ſijs hec conſuetudo non ſeruatur. Sed vbi eſt conſuetudo antiquata ſeruanda eſt. In Sacramentali d[icitu]r q[uod] maritus et vxor ambo non debent ſimul eſſe patrinj.*

en chriſto. y algunas vezes ſe reciben tres: a deuotiō delas tres perſonas dela ſancta Trinidad padre hijo y ſpū ſancto: vn ſolo dios verdadero. Mas en ninguna manera no ſe deuian recebir mas de tres padrinos como dicho es: por euitar los impedimentos ḋ los matrimonios. E los tales padrinos ſean de adulta edad: porq̄ ſe arrecuerdē delo que hazen. y por eſto los q̄ ſon mochachos no ſe deuian recebir: porque no ſaben enſeñar la fee a ſus ahijados. E quando dezimos que tres perſonas ſolas ſe reciban: entiendeſe de aquellos que no tocan en debdo al baptizado ni a ſus padres. Bien podrā eſtar preſentes y ſer padrinos muchos parientes en grado de atinencia del baptizado y de ſus padres: pero por vna perſona ſe reputan. ❡ E los que ſon padrinos no ſolamente deuen reſponder las palabras acoſtūbradas: mas avn deuen tocar al baptizado: porq̄ la reſpueſta no es de neceſſidad o eſſēncia dela cōpaternidad ſpiritual: mas el tener o tocar la criatura o el ſacar la de la fuēte baptiſmal. y ſon tenidos a enſeñar a ſus ahijados la fee y lo q̄ han de guardar y obrar. y el Pater noſter: y Credo: como ſe nota enel.c. Uos ante omnia. de cō. diſ.iiij. y enel quarto delas Sentencias. enla.diſ.vj.c. Penultimo. lo ql̄ limitaſe ſer aſſi verdad ſegū ſcto Thomas: quādo los padres notablemēte ſon negligētes. ❡ Guarde el ſacerdote que no baptize en caſa priuada al infante ni a grande: ſaluo ſi fueſſe hijo de Rey o de Principe. Empero en caſo de neceſſidad puede en qualq̄era cabo baptizar. ❡ E guarde no baptize judio ni moro ni pagano luego: antes primero ſea inſtruido dela fee. de con. diſ.iiij.c. Iudei. y eſto porque enlos tales la igleſia no ſea engañada. y eſto es verdad: ſaluo ſi alguna neceſſidad les occurrieſſe. ❡ E guardeſe no baptize algun loco ſatuo o furioſo: ſaluo enla natiuidad. Segun quiere ſancto Thomas. Empero aquellos que incurren en locura por enfermedad deſpues q̄ touieren vſo de razō: y tienen lucidos entreualos: y enellos firme ꝓpoſito de recebir el baptiſmo: entōces puedēlo recebir: y recibē el ſacramēto: et rem ſacramēti: avn q̄ enel acto cōtradigā quando ſe baptizā eſtādo enla locura: en otra manera no. y aſſi ſe entiēde lo q̄ dize ſant Auguſtī enel.iiij. libro ḋlas Cōfeſſiones ḋ vn ſu amigo. Que como miētra ſe ḋſeſper. ſe fue baptizado no lo ſabiēdo.

Verus pr̄inus nō ſolum debz reſpondere ꝓba: ſꝫ et tangere puez.

¶ E finalmēte deſpues dlos notables y auiſos en lēgua caſtellana pueſtos por euitar: q̄ los miniſtros no yerrē note el ſacerdote y mucho lo note q̄ quãdo algũ varõ ſe baptizare ha de dezir ēla oraciõ. **Super hũc famulũ.** y ſi baptizare hēbra dira. **Sup hãc famulam.** y ſi fuerē mas de vno dira. **Sup hos famulos.** y ſi fuerē mas d̄ vno aunq̄ la otra o otras ſeã hēbras: diga. **Sup hos famulos.** y ſi fuerē dos hēbras o mas ē q̄ no aya varõ: diga. **Sup has famulas** y eſta regla ſe guarde en todas las orōnes cõmunes mutatis mutandis: ſegũ el caſo en q̄ ſe ouierē de poner. ¶ E deſpues que el ſacerdote ſupiere delos padrinos el nõbre q̄ quiere auer el baptizado: no es meneſter de ay adelãte q̄ pregũte. **Como has nõbre.** Mas enlas oraciones el ſacerdote põga el nõbre del baptizado enel caſo que ouiere de ponerſe. Secũdũ exigẽtiã.

Non patrini ſz baptizans proferat nomē baptizati in proceſſu orõm.

¶ Sequitur iam ordo cathezizandi baptizandum.

Baptizãdus portatur ante fores Eccleſie: Si maſculus fuerit ponat caput ſup brachiũ dextrũ patrini. Si femina fuerit ſup ſinixtrũ. Tũc Sacerdos ĩterroget patrinos: dicēs. **Quid fertis ad eccleſiam: virũ aut mulierē:** Reſpõdeãt patrini. **Virũ.** vel. **Mulierē.** Et dicat ſacerdos. **Quid vult fieri:** Patrini. **Chriſtianus.** Et ſtatim dicat Sacerdos. **Quo nomīe vocari vult:**

vel. Quo nomine vocaris? Et patrini respondeant. Petrus. vel. Maria. Tũc ſacerdos vocãdo nomẽ baptizati ꝗrat dicẽdo. Petre. vel. Maria. Quid petis ab eccleſiã? Reſpõdeant patrini. Fidem. Tũc ſacerdos dicat. Fides ꝗd tibi ꝓſtabit? Patrini. Vitã eternã. Tũc ſacerdos inuocato nomine baptizati dicat. Petre. vl'. Maria.

H Ec eſt autem vita eterna: vt cognoſcas [tis] vnũ ⁊ verũ deũ: ⁊ quẽ miſit ieſum chriſtũ filiũ eius dñm noſtrũ: q cũ eodẽ patre ⁊ ſpũ ſctõ viuit ⁊ regnat deus. Per oĩa ſecula ſeculoꝝ. Amẽ. ¶ Iſtud fiat ſi baptizat⁹ eſt paruulus. Sed ſi adult⁹: ſacerdos cũ illo loquaẽ dicẽs. Quid vis fieri? Reſpõdeat. Chriſtianus. Sacerdos dicat. Quo noĩe vis vocari? Reſpondeat ipſe. Ioãnes. vel. Maria. Et tũc ſacer- .V.

Si adultus baptizatur: ſolus reſpondeat.

dos dicat. Petre. vł Maria. Hec eſt
autẽ vita eterna. vt ſupra ¶ Sz ſi ba
ptizãd⁹ fuerit ĩfans: patrini ꝓ eo reſ-
põdebũt. ¶ Et poſt hec ſacerdos in
ſufflet in faciẽ baptizãdi in modũ cru
cis ter dicẽdo verba ſeq̃ntia: ⁊ ſignã
℣. Exi ab eo ✠ { do qualibet vice.
ſpũs immũde: ⁊ da locũ adue-
niẽti ſpũi ſctõ paraclito: et recede ab
hoc famulo dei. ℟. In nomie pa- ✠
tris ⁊ filij ⁊ ſpũs ſcti. Amẽ. Et ſtati ſa-
cerdos cũ police faciat vnã crucẽ in
frõte baptizãdi ⁊ alterã in pectore: et
inuocãdo nomẽ infantꝫ vł adulti ba
ptizãdi: dicat. Petre. vel. Maria. Ac-
℣. cipe ſignũ crucis dñi nr̃i ieſu xp̄i tã in
fron ✠ te quã ĩ cor ✠ de: ſume fidẽ ce-
leſtiũ preceptoꝝ: talẽ te moꝛib⁹ exhi-
be: vt tẽpluz dei effici merearis. Per
xp̄m dñm nr̃m. ℟. Amẽ. Deide impo

nat ſacerdos manū ſup caput cathe=
cumini baptizādi: ⁊ dicat. v⁹. Dn̄s vo
biſcū. R. Et cū ſpū tuo. Orem⁹. Oratio. .V.

Omnip̄s ſempiterne deus pr̄ dn̄i
nr̄i ieſu xp̄i: reſpicere dignare
ſup hunc famulū tuum. N. quem ad
rudimēta fidei vocare dignatus es:
omnē cecitatē cordis ab eo expelle:
diſrrūpe oēs laq̄os ſathane: q̄b⁹ fue=
rat colligatus. Per eundē xp̄m dn̄m
nr̄m. R. Amē. Tūc ſacerdos apprehē
dat manū dexterā infantis: ⁊ introdu
cat eū in eccl'iā dicēdo hāc orōnem.

Aperi ei dn̄e ianuā pie= Orō. .V.
tatꝫ tue: vt ſigno ſapiētie tue im
butus oīm cupiditatū fetorib⁹ careat:
⁊ ſuauē odorē p̄ceptoꝝ tuoꝝ letus ti=
bi in eccl'ia tua deſeruiat: ⁊ p̄ficiat de
die ī diē: vt idoneus efficiat: accedere
ad gr̄az baptiſmi tui p̄cepta medicīa

Per eūdē xp̄z dn̄m nr̄z. ℟. Amē. Sup
maſculos ⁊ femīas: ⁊ fiat ✠ in verbo
ſignam⁹. ℣ Dn̄s vo. ℟ Et cū. Orem⁹.

V. Preces nr̄as q̄s dn̄e cle- { Orō.
mēter exaudi: ⁊ hunc electum
tuūz. ✠ crucis dominice cui⁹ impreſ
ſione eum ſigna ✠ mus virtute cuſto
di: vt magnitudinis gl'ie tue rudimē-
ta ſeruanſ: per cuſtodiā mādatorum
tuoꝝ ad regenerationis gloriā perue
nire mereat̄. Per xp̄m. ℟ Amē. Sup
maſculos ⁊ feminas. Orem⁹. Orō.

V. Deus q̄ hūani generiſ ita es con
ditor: vt ſis etiā reformator: p-
pitiare populis adoptiuis: ⁊ nouo te
ſtamēto ſobolē noue prolis aſcribe:
vt filij promiſſionis qđ nō potuerūt
aſſequi p naturā: gaudeāt ſe percepiſ
ſe per grām. Per xp̄m dn̄m nr̄m. ℟.
Amē. Sequit̄ exorziſm⁹ ſalis: qđ por

tari debet in vaſe argẽteo: ſi haberi poteſt: alias in alio vaſe honeſto. ℣.
Adiutoriũ nr̃m i nomine dñi. ℞. Qui fecit celũ ⁊ terrã. ℣ Sit nomẽ dñi benedictũ. ℞. Ex hoc nũc ⁊ vſqꝫ. Et icipiat abſolute.

Exorzizo te creatura ſalis in nomine dei pa ✠ tris oĩpotẽtis: ⁊ in charitate dñi nr̃i ieſu chri ✠ ſti: et ĩ virtute ſpiritus ſan ✠ cti. Exorzizo te per deũ vi ✠ uũ: per deũ ve ✠ rũ: per deũ ſan ✠ ctũ: per deũ qui te ad tutelã humani generis ꝓcreauit: ⁊ populo venienti ad credulitatẽ per ſeruos ſuos cõſecrari precepit: vt ĩ noĩe ſancte Trinitatꝫ efficiaris ſalutare ſacramentũ ad effugãdũ inimicũ. Pro inde rogamus te dñe deus nr̃: vt hãc creaturã ſalis ſanctificãdo ſan ✠ tifices: ⁊ bñdicẽdo bene ✠ dicas: vt fiat oib⁹ ſumẽtibus ꝑfecta medicina per

manēs ī viſceribꝰ eoꝝ: in nomīe dñi
nr̄i ieſu xp̄i. Qui vēturꝰ eſt iudicare
viuos ⁊ mortuos: ⁊ ſeculū per ignē.
℟. Amen. Bñō. Et bñdictio dei pa ✠
tris oīpotētiꝫ: ⁊ fi ✠ lii: ⁊ ſpūs ſan ✠ cti
deſcēdat et maneat ſup hāc creaturā
ſalis: ⁊ ſup oēs guſtātes ex eo. Amen.
Hic ſacerdos aſpgat aquā bñdictā
ſup ſal: ⁊ ſuper circūſtātes. Et accipiat
ſal cū duobꝰ digitiꝫ: et impōat ter ori
infantiꝫ: dicēdo. Petre. vel. Maria. Ac
cipe ſal ſapiētie: ꝑ qđ ꝓpitiatꝰ ſit tibi
dñs ī vitā eternā. Amē. Sup maſclos
⁊ femīas. ℣. Dñs vo. ℟. Et cū. Oremꝰ.

V. Deus pr̄m nr̄oꝝ: ds vni { Oro.
uerſe conditor creature ⁊ vitaꝫ
auctor: te ſupplices exoramꝰ: vt hūnc [os.as.]
famulū [os.as.] tuū [os.as] N. reſpicere digneriꝫ
ꝓpitiꝰ: ⁊ hoc primū pabulū ſalis gu
ſtātem [es]: nō diutiꝰ eſurire ꝑmittas: q̊ mi

n⁹ cibo expleat: quatem⁹ ſit semꝑ dn̄e ſpū feruēs: ſpe gaudēs: tuo ſemꝑ ſctō noī ſeruiens. et ꝑduc eum dn̄e ad no ue regn̄ationis lauacrū: vt cū fidelib⁹ tuis ꝓmiſſionū tuarū eterna ꝑmia cō ſeq̄ mereat. Per xp̄m. ℟ Amen. Deide īponēs manū ſupꝑ capita vtrorūq; in fantiū: faciat crucē ī frōtib⁹ ſingulorꝝ.

¶ Sup maſclos ⁊ femias dicēs ſeq̄n

DE⁹ abrahā: { tē orōnē Orem⁹. } de⁹ iſaac: de⁹ iacob: de⁹ p̄r dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: q̄ dixiſti diſciplis tuis apo ſtolis ꝑceptorib⁹ nr̄is: ite ī noīe meo man⁹ īponite ⁊ demonia expellite ꝑ hoc ſignū ſancte cru✠cis: ⁊ bene ha bebūt expelle ab hoc famulo tuo. ℟. omnē nequitiā aduerſi hoſtis. Per chriſtū dn̄m nr̄m. Amen. Itē ſuper maſculos et feminas: tenēs manum ſuper capita dicat. Orem⁹. Oratio. .V.

.V. DEus abrahã: de⁹ iſaac: deus ia
cob: deus q̄ moyſi famulo tuo
in monte Sinay apparuiſti: et filios
iſrael de terra Egypti eduxiſti: depu
tãs eis Angelũ pietatis tue: q̄ cuſtodi
ret eoꝝ die ac nocte: te q̄ſo dñe: vt mit
tere digneꝛ ⁊ ſctm Angelũ tuũ: q̄ ſimi-
lit cuſtodiat ⁊ hũc [os. as.] famulũ [os. as.] tuũ [os. as.]. N.
⁊ ꝑducat eũ [os. as.] ad grãm baptiſmi tui.
Per xp̄m dñm nr̄m. Amē. Deinde di
cat ſeq̄ns ꝯiuratio ſup maſculos ⁊ fe-
nias abſolute.

.V. ERgo maledi-
cte diabole recognoſce ſenten
tiã tuã: ⁊ da honorē deo viuo ⁊ vero:
⁊ da honorē ieſu xp̄o filio ei⁹: ⁊ ſpiri
tui ſctō paraclito: ⁊ recede ab hoc [is.] fa
mulo dei [is ab⁹]. N. q̄ iſtuꝫ [os. as.] ſibi de⁹ ⁊ dñs nr̄
ieſuꝫ xp̄s ad ſuã ſctãm grãz ⁊ bñdi ✠
ctionē fōtēq3 baptiſmatis: dono ſuo
vocare dignat⁹ eſt: et hoc ſignũ ſctē

crucis: qđ nos frō ✠ ti eius dam⁹: tu
maledicte diabole nūquam audeas
violare. Per eū q̇ vēturus est iudica-
re viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculū per ignē.
Amē. Similiter faciēs crucē in frōti-
bus feminarū imponat manū Sacer
dos ſuper capita earū dicens oratio
nem ſequentem. Oremus. Oratio. .F.

DEus celi: deus terre: deus An-
gelorum: deus Archāgelorū:
deus prophetarū: deus martyrū: de⁹
cōfeſſorū: deus virginū: deus omniū
bene viuētiū: deus cui omnis lingua
cōfitetur: omne genu flectit: celeſtiuz .V.
terreſtriū: ⁊ infernorū: te inuoco do-
mine ſuper hanc famulam tuam. N.
vt perducere eam digneris ad gra-
tiam baptiſmi tui. Repetatur. Ergo
maledicte diabole. vt ſupra. Super
NOn intres ī iudiciū cū ſuo tuo dn̄e: qm̄ nullꝰ apd̄ te iuſtificabit hō: niſi ꝑ te oīm peccatoꝝ tribuat remiſſio: nō ergo eū q̄s tua iudicialis ſententia ꝑmat: quem tibi vā ſupplicatio fidei xp̄iane ꝯmēdat: ſʒ gr̄a tua illi ſuccurrēte: mereat euadere iudiciū vltionis: qui dū viueret: īſignitus eſt ſignaculo ſctē trinitatꝫ. Per eū q̇ vētꝰ eſt iudicare viuos ⁊ mortuos et ſcl'm per ignē. Amē. ℞. Peccātē me q̊tidie: ⁊ nō me penitētē timor mortꝫ cōturbat me. Qr ī inferno nulla eſt redēptio: miſerere mei d̄s et ſalua me. ℣. Deus in noīe tuo ſaluū me fac: et in mīa tua libera me. ℟. Quia in inferno.

Kyrie el. Chriſte el. Kyrie el. Pr nr.
ps. Leuaui ocl'os meos i mõtes vñ ve
nit auxiliū mihi. ℟. Auxiliū meū a dño:
qui fecit celū ⁊ terrā. Et ſacerdos dicat.
℣. Requiē eternā dona ei dñe. ℟. Et lux p-
petua luceat ei. ℣. A porta īferi. ℟. Erue do
mine aīam eius. ℣. Aīa eius reqēſcat in pa-
ce. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cū ſpū
tuo. Oremus. Dicat etiā a ſacerdote
in tono vt dictū eſt Orō ſequens. ſ.
Fac q̄s dñe. Et interī cātetur ī choro
Reſpōſoriū. ſ. Requiē eternā. Orō.

FAc q̄s domīe hāc cū ſeruō tuō
defūctō miſericordiā: vt facto-
rū ſuoꝝ in penis nō recipiat vicē qui
tuā in votis tenuit volūtatē: vt ſicut
hic eūm vā fides iūxit fideliū turmis:
ita eūz illic tua miſeratio ſociet angeli
cis chorꝭ: te pſtāte deꝰ nr. Per dñm.
℟. Requiē eternaz dona ei dñe. Et lux per

petua luceat ei. ℣. Aia eius in bonis demo
retur: ⁊ semē eius hereditet terrā. ℟. Et lux
ꝑpetua. Kyrie el'. Chriſte el'. Kyrie el'.
Pr̄ nr̄. Ps. De pfūdis clamaui ad te
dn̄e: dn̄e exaudi vocē. ℟. Fiant aures
tue intēdētes: in vocē deprecationis mee.
Et ſacerdos dicat cātādo. ℣. Requiē
eternā dona ei dn̄e. ℟. Et lux perpetua lu-
ceat ei. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dn̄e aiam
eius. ℣. Aia eius reqeſcat in pace. ℟. Amē.
℣. Dn̄s vo. ℟. Et cū. Oremꝰ. Pro maſ
culo. Orō.

Inclina domine aurē tuā ad preces nr̄as: quibꝰ
miam tuā ſupplices deprecamur: vt
aiam famuli tui quā de hoc ſclo mi-
grare iuſſiſti in pacis ac lucis regiōe
cōſtituas ⁊ ſanctoꝝ tuoꝝ iubeas eſſe
cōſortē. Per. Pro ſacerdote. Orō.

Da nobis dn̄e vt aiam famuli tui
ſacerdotꝫ quā de hoc ſclo edu

xiſti laborioſo certamie: ſctōꝛū tuoꝝ
cetui tribuas eſſe cōſortē. Per. Pro fe
Q Ueſum⁹ dñe ꝓ tua mia. Oro.
pietate miſerere aïe famł'e tue: ⁊ a
ꝯtagiis mortalitat; exutā: ī eterne ſalua
tiōis ꝑtē reſtitue. Per. Hic ōferat corp⁹
ad ſepłchꝛū canēdo añaz hác. Chor⁹
ágeloꝛū. Qua icepta: cātet. ps. In exi
tu iſrł. Et ī fine cū. Requiē eternā. Repe
tat añ. Et dū chor⁹ canit dictū pſalm
⁊ Añam: Sacerdos bñdicat tumulū.

C horus angeloruz te ſuſcipiat: et in

ſinu Abꝛahe ibi te collocet et cū la

zaro qndā paupe eternā habeas requiē.

In exitu iſrl' d egyp-
to: dom⁹ iacob de
Seculoꝝ. Ps. pplo barbaro. Facta
ē iudea ſctificatio ei⁹: iſrl' poteſtas ei⁹.
Mare vidit ꝛ fugit: iordanis ꝯuerſus
ē retrorſū. Mōtes exl'tauerūt vt arietes:
ꝛ colles ſicꝫ agni ouiū. Quid ē tibi ma
re qđ fugiſti: ꝛ tu iordanis qꝛ ꝯuerſus
es retrorſū: Mōtes exl'taſtis ſicut arie
tes: et colles ſicut agni ouiū. A facie
dñi mota ē trra: a facie di iacob. Qui
ꝯuertit petrā i ſtagna aq̈rū: ꝛ rupē i fō
tes aq̈rū. Nō nob dñe nō nob: ſꝫ noi
tuo da gl'ia. Sup mia tua ꝛ vitate tua:
neqñ dicāt gētes: vbi ē de⁹ eoꝝ. De⁹
aūt nr' in celo: oia q̄cūqꝫ voluit fecit.
Simulacra gētiū argētū ꝛ aurū: opa
manuū hoim. Os hñt ꝛ non loqnt:
oclos hñt ꝛ nō videbūt. Aures hñt
nō audiēt: nares hñt ꝛ nō odorabūt.

Manus habēt ⁊ nō palpabūt. pedes
habēt ⁊ nō ābulabūt: nō clamabūt i
gutture ſuo. Similes illis fiāt qui fa-
ciūt ea: ⁊ oēs q̄ cōfidūt in eis. Dom⁹
iſrael ſperauit in dn̄o: adiutor eorū ⁊
protector eoꝝ eſt. Dom⁹ aarō ſpera
uit in dn̄o: adiutor eoꝝ ⁊ ꝓtector eoꝝ
eſt. Qui timēt dn̄m ſperauerūt i dn̄o:
adiutor eoꝝ ⁊ protector eoꝝ eſt. Do-
minus memor fuit nr̄i: ⁊ bn̄dixit no-
bis. Benedixit domui iſrael: benedi
xit domui aarō. Benedixit omnib⁹
qui timēt dn̄m: puſillis cū maiorib⁹.
Adijciat dn̄s ſuꝑ vos: ſuꝑ vos ⁊ ſuꝑ fi
lios vr̄os. Bn̄dicti vos a dn̄o: q̄ fe-
cit celuȝ et terrā. Celū celi dn̄o: terrā
autē dedit filijs hoīm. Non mortui
laudabūt te dn̄e: neqȝ oēs q̄ deſcēdūt
in infernū. Sed nos q̄ viuim⁹ bn̄dici
m⁹ dn̄o: ex hoc nūc ⁊ vſqȝ in ſeculū.

Requiē eternā dona ei dn̄e. Et lux ꝑpetua luceat ei. Reitere. An̄. Chorus angelorū. ¶ Bn̄dictio tumuli. ℣. Adiutoriū nr̄m ī noīe dn̄i. ℟. Qui fecit celū ⁊ terrā. ℣. Sit nomē dn̄i benedictū. ℟. Ex hoc nūc ⁊ vſqꝫ in ſeculū. ℣. Dn̄e exaudi orōnē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cū. Oremus. Orō.

Rogamus te dn̄e ſctē pater oīps eterne deus: vt digneris bn̄ ✠ dicere ⁊ ſan ✠ ctificare hoc ſepl'chrū: ⁊ locus vbi fuerit collocatū hoc corpꝰ: ſit bn̄ ✠ dictꝰ: ⁊ ſan ✠ ctificet: vt ſit remediū ſalutare in eo q̇eſcēti: ⁊ redēptio aīe eiꝰ: atqꝫ tutela ⁊ munimē cōtra ſeua iacula inimici. Per. Alia orō.

Deus q̇ fundaſti terrā: et creaſti celos: q̇ oibꝰ nomina ſyderibꝰ indidiſti: ⁊ ſtatuta loca fixiſti: q̇ captiuū laq̄o mortis hoīem lauacri ablu-

tione reparasti: q̇ sepultos Abraham
ysaac ⁊ iacob ī spelūca duplici libro
vite ⁊ totius gl'ie pricipes annotasti
bn̄dicēdo: ita q̄s: bn̄ ✠ dicere digne
ris hūc tumulū famuli tui: vt eūz hic
req̇escere facias: ⁊ ī sinu Abrahe col-
locare digneris. Qui dn̄m nr̄m iesū
xp̄m filiū tuū victis laq̄is inferoꝝ: re
surgere fecisti: et suoꝝ ī se credētiū mē
bra iussisti resuscitare: respice q̄s dn̄e:
sup hanc fabricā sepulture. Descēdat
hic spūs tu⁹ sctūs dn̄e: q̇ bn̄dicendo
bn̄ ✠ dicas: sctīficādo san ✠ ctifices:
vt te iubēte: sit ei ī hoc loco q̇eta dor-
mitio: ⁊ ī tpe iudicij tui cū sctis oībus
vera resuscitatio: te p̄stāte: Qui viuis
⁊ regnas d's. Per oīa scl'a scl'oꝝ. Amē.

Et bn̄dictio dei pa ✠ tris oīpo
tētis: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spūs san ✠ cti: dſ-
cēdat ⁊ maneat sup hāc fabricā sepul

ture: ꝛ hoc corpꝰ. Amē. Hic deponatur corpꝰ in ſepulchro. Et ſacerdos aſſumat paululū terre ī manu: ꝛ q̄ dat terrā ſacerdoti: dicat. Jube dn̄e bn̄dicere. Et ſacerdos ꝓiciat ſupra corpꝰ dicēdo hūc verſum. ℣ Qui de terra eſt: de terra loq̄tur: q̄ ð celo venit: ſuꝑ oēs eſt. Jn noīe pa ✠ tris: ꝛ filij: et ſpūs ſācti. Amē. Et ꝓiecta iā terra ſupra corpꝰ: Sacerdos aſꝑgat aquā bn̄dictā ſuꝑ ipſum defunctū: ꝛ incēſet ſepulchrū: et ſtatī ſacerdos recitādo dicat orōnē. ſ. Temeritatis. Et iterū cātet ī choro. ℟ ſ. Memēto mei. Cū ſuis vſibꝰ. Orō.

Temeritatis q̄dē eſt dn̄e: vt hō hoīem: mortalis mortalē: cinis cinerē tibi dn̄o deo nr̄o audeat ꝯmēdare. Sed q꞉ terra ſuſcipit terrā: ꝛ puluis cōuertit in puluerem: donec omnis caro in ſuam redigatur originē.

Unde etiā de⁹ piiſſime pater: lachry-
mabiliter q̄s tuā pietatē: vt huius fa-
muli tui aīam: quā de hui⁹ mūdi vo
rágine cenulēta ducis ad patriam: in
Abrahe amici tui ſinu recipias: ꝛ re-
frigerij roꝛe ꝑfundas: Sitqȝ ab eſtuā
tis gehēne truci incendio ſegregata:
ꝛ beate reqēi: te donāte: cōiūcta. Et ſi
q̄ ei ſunt dn̄e digne cruciatib⁹ culpe:
tu ei gratie tue mitiſſime lenitate īdul
ge: ne peccati recipiat vicē: ſed indul
gentie tue piā ſentiat bonitatē. Cūqȝ
finito mūdi termīo: ſupnū cūctis illu
xerit nouū regnū: nou⁹ hō ſctōꝝ oīm
cetib⁹ aggregatus: cū electis tuis re-
ſurgat in parte dextera coronandus.
Per xp̄m dn̄m nr̄m. Amē. R. Memē
to mei de⁹: qꝛ vēt⁹ eſt vita mea. Neqȝ aſpi
ciet me viſus hoīs. V. De ꝑfundis clamaui
ad te dn̄e: dn̄e exaudi vocez meā. R. Neqȝ.

Kyrie el'. Christe el'. Kyrie el'. Pr̃ nr̃.
Ps. Laudate dñm oēs gētes: laudate
eū oēs populi. ℟. Qm̄ cōfirmata est sup
nos mia ei⁹: et veritas dñi manet i eternū.
Et sacerdos dicat cātādo oīa q̄ sequ
unt: vsqꝫ i finē. ℣. Reqē etnā dōa ei dñe.
℟. Et lux ppetua luceat ei. ℣. A porta iferi.
℟. Erue dñe aiam ei⁹. ℣. Aia ei⁹ ⁊ aie eorū
reqescāt i pace. ℟. Amē. ℣. Dñs vob. ℟. Et
cū. Orem⁹. Dicat cātādo seqns. Orō.

Tibi dñe cōmēdamus aiam fa
muli tui: pcamurqꝫ: vt propter
quem ad terras tua pietate descende
ras: i patriarcharū tuoꝝ finib⁹ collo
care nō renuas: ⁊ partē prime resurre
ctionis obtineat: vitāqꝫ eternā habē
re mereat in celis. Per. Orō. Fideliū
deus. qre. fo. cxxvij. Quib⁹ orōnib⁹
finitis: dicat. Reqescāt i pace. ℟. Amē.
Pr̃ nr̃. Et eāt i pace. ¶ y esto acaba

do: vayā ante las puertas dela caſa del deſūcto: y ay: y a todos ayūtados: el ſacerdote de las grās: diziēdo aſſi.

Roguemos y en merced pidamos a nr̄o ſeñor y redēptor jeſu xp̄o: eſpecial mēte por el aīa dſte d functo a cuya hōrra aq̄ ſomos ayūtados: ſi por vētura ſu aīa es en pēas d purgatorio: q̄ el por ſu īfinita clemēcia la q̄era ſacar dellas: y lleuar la a ſu ſctā gl'ia: digamos la orōn dl Pr̄ nr̄ cō el Aue mr̄ia por ſu aīa: por q̄ dios depare quien la diga por noſotros. Pr̄ nr̄. totuz Aue maria. Aq̄ podra el ſacerdote dezir vn Reſpōſo de finados: y eſto acabado: diga Nr̄o ſeñor jeſu xp̄o q̄ es padre de mīa y piedad: q̄era pdonar ſu aīa: y las aīas de todos los fieles xp̄ianos: y a noſotros dexe biē biuir: y bien acabar a ſu ſctō

ſeruicio. Amē. Dios perdone ſu aīa.
¶ Mod⁹ ad ſepeliēdū paruulos.
Racipit offm̄ ſepulture par-
uulorꝝ xp̄ianorꝝ. Ad ianuas
dom⁹ defuncti pueri: dicat
onū xm. cū orōne. Fideliū .cxxvij.
deus. Et cū corp⁹ extrahit̄ de domo:
dicat̄ lēta voce cātādo Offm̄. Ad te
leuaui. Cuz ſuo vſu. q̄re. fo.cxxiiij. Et
deinde dicātur Pſal'i. Laudate pue
ri dn̄m. Totū cū. Gl'ia pr̄i. Et ſic fiat
in Pſal'is ſeq̄ntib⁹. ſ. Ad dn̄m cū tri-
bularer. Cū alijs Pſalmis graduali
b⁹: ſi op⁹ fuerit. Cū aūt corpus fuerit
in Eccl'ia: dicat. An. Hic accipiet bn̄
dictionē a dn̄o: ⁊ miām a deo ſaluta
ri ſuo: Quia hec eſt generatio q̄rētiū
dn̄m. Ps. Domini eſt terra. Totū cū.
Gloria patri. Et in fine repetatur An
tiphona. Qua finita dicat ſacerdos.

Kyrie el. Christe el. Kyrie el. Pr nr. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Me autem propter innocētiā suſcepiſti. ℟. Et cōfirmaſti me in cōſpectu tuo in eternū. ℣. Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cū ſpū tuo. Oremus. Oro.

Omnip̄s ꝛ mitiſſime deus: q̄ oib⁹ paruulis renatis fonte baptiſmatis dū migrāt a ſeculo: ſicut nullis meritis vitā ilico largiris eternā: ꝛ ſicut aīe hui⁹ paruuli credimus te feciſſe: ita fac nos q̄s: ꝑ interceſſionē beate Marie ſemꝑ virgīs atq; beatiſſimorū patrū noſtroꝝ Abrahā: yſaac: ꝛ iacob: ꝛ oīm electoꝝ tuoꝝ: hic purificatis tibi mētib⁹ famulari: ꝛ ī paradiſo beatis paruulis perēniter ſociari. Per xp̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amē. Cū autē paruulus portat̄ ad tumulū: dicat̄ cātando ī tono cāticū triū pueroꝝ. ſ. Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o. totū Añ.

Juuenes ⁊ virgines. ps. Laudate dn̄m de celis. totū cū. Gl'ia pr̄i. Deide repetat. an̄. Juuenes ⁊ virgīes: ſenes cū iunioꝛib⁹: laudate dn̄m đ celis. Et ſtati dicat ſacerdos. Kyrie el'. Chriſte el'. Kyrie el'. Pr̄ nr̄. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Sinite paruulos venire ad me. ℟. Taliū eſt eni regnū celoꝛū. ℣. Dn̄e exaudi ōrōnē meā. ℟. Et clamoꝛ. ℣. Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnip̄s ſempiterne deus ſcte͞ puritatis amatoꝛ: q̄ aīam hui⁹ paruuli hodie ad regna celoꝝ misericoꝛditer vocare dignatus es: ita nobiſcū miſericoꝛditer agas: vt meritꝭ tue paſſionis ī eodē regno cū oib⁹ paruulis ⁊ electꝭ: nos facias feliciter ꝯgaudere. Qui viuis. Cū autē reuertit̄ in eccl'iā: dicat ſacerdos hāc An̄. Bn̄dicite dn̄m. Cāticū Zacharie. Bn̄dict⁹ dn̄s deus

iſrael. totū. Aña. Bñdicite dñm oēs ele
cti eius: agite dies leticie: ⁊ confitemini illi.
Et ſtatī dicat ſacerdos. Oremꝰ. Oro.
Omnipotēs ⁊ mitiſſime deꝰ vt ſup.

¶ Circa letaniā defunctoꝝ decātādā.

Eſt in p̄ſenti tp̄e oēm leta-
niā ſctōꝝ ad portandū cor
pꝰ defuncti ad Eccleſiā cle
rus Cōchēſis ſolet decātā-
re vniformit̄ reſpōdēdo ad quēlibꝫ
nocturnū. ſ. Jeſu xp̄e audi nos. Tn̄ vi
ſuz eſt hic ponere etiā Letaniā ſemꝑ
antehac in Eccleſia Cōchēſi cātari
ſolitā per omnē Sāctorū decurſum.

¶ In primo igitur Nocturno ſequē
do vſum modernum dicitur.

IEſu chriſte audi nos: audi et

exaudi nos: peccatores te rogam⁹ dñe.

Chorus iterū dicat v̄s. Jeſu xp̄e.

Pat̃ d̄ celis deus: Miſere ei. ꝑ. Jeſu.
Fili redēptor mūdi de⁹: miſere ei. ꝑ.
Spūs ſcte̅ ds: miſere ei. { Jeſu xp̄e.
Sancta trinitas vn⁹ deus: miſerere.
Sancta maria. ora pro illo.
Sancta dei genitrix. ora pro illo.
Sancta virgo virginum. ora pro.
Sancte Michael. ora pro illo.
Sancte Gabriel. ora pro illo.
Sancte Raphael. ora pro illo.
Oēs ſctī angeli ⁊ archāgeli dī. orate.
Scte̅ Joānes baptiſta. ora ꝓ illo.
Oēs ſctī patriarche ⁊ prophete. ora
te pro illo. ꝑ. Jeſu chriſte audi nos

audi ⁊ exaudi nos: peccatores te roga
mus dñe. ℟. Qui lazarū. In .ij. noctur.

Chorus respondeat.

SAncte petre: ora ꝓ i llō. ꝑ.

Ky rie eleisō. Christe audi nos.
Sancte Paule. ora pro illō.
Sancte Andrea. ora pro illō.
Sancte Joannes. ora pro illō.
Sancte Jacobe. ora pro illō.
Sancte Philippe. ora pro illō.
Sancte Bartholomee. ora ꝓ illō.
Sancte Marce. ora pro illō.
Sancte Lucha. ora pro illō.
Omnes sancti apostoli ⁊ euāgeliste.
Orate ꝓ illo. ꝑ. Kyrie el. Christe au
di nos. ℟. Requiē eternā. In .iij. noctur.

SAncte ſtephane: in ter-

cede ad do mi num pro pecca tis eius.

Chorꝰ reſpondeat.

℟. Kyriee leiſon. Chriſte audi

Sctẽ Laurẽti. int.

Sancte Vincẽti.

Sctẽ Xpophore. nos in dulgentia.

Sancte Blaſi.

Scti fabiane ⁊ ſe-baſtiãe. Interccedite.

Scti coſma et da.

Sãcte Silueſter.

Sancte Martine.

Sãcte Nicholae.

Sctẽ Auguſtine.

Sctẽ hieronyme

Sancte Egidi.

Sctẽ Dominice.

Sctẽ Franciſce.

Sancte Antoni.

Omẽs ſcti marty-

res ⁊ cõfeſſores: Intercedite ad dñm pro peccatis eius. ℣. Kyrie eleiſon. Xp̄e audi nos indulgẽtia. Reſpõſu. Heu mihi domine. ❡ In .iiij. nocturno.

SAncta anna: Queſum⁹ almũ

poſcere regẽ iure memẽto: mittat vt

illũ in paradiſũ. ℣. Kyrie eleiſon.

Qui precioſo ſanguine mũdũ e

ripuiſti ð maledicti fauce draconis.

Sctã Maria magdalena. q̃s almũ.
Sancta Agatha. Queſum⁹.
Sancta Lucia. Queſum⁹.
Sancta Catherina. Queſum⁹.
Sancta Quiteria. Queſum⁹.
Sancta Barbara. Queſum⁹.
Sancta Apolonia. Queſum⁹.
Omnes ſctē virgĩes dei. Queſum⁹.
Omnes ſancti et ſancte dei. Queſumus almũ poſcere regem iure memẽtote: mittat vt illũm in paradiſum. ℣. Kyrie eleiſon: qui precioſo ſanguĩe mũdum eripuiſti de maledicti fauce draconis. Reſpõſum. Ne recorderis.

Modus quo antiquiores decantabãt Letaniam defunctorũ in Eccleſia Conchẽſi et eius dioceſi: que etiam nunc per totam eãdem dioceſim decantatur. ¶ In primo nocturno.

Kyriee leiſon. Chriſteeleiſon.

Kyriee leiſon. Pater ḋ celis deus:

Fili rede-
ptor mũdi

miſe rere ei. p. Kyrie el. ds. miſe. ei.
Spiritus ſctẽ deus. Sctã v'go v'gĩũ.
Sctã trinitas vn' ds. Sctẽ michael.
Sctã maria. ora p. Sctẽ Gabriel.
Sctã dei genitrix. Sctẽ raphael.
Oẽs ſcti angeli ⁊ archãgeli ḋi. orate.
Oẽs ſcti btoꝝ ſpirituũ ordies. orate.
Sancte Joannes baptiſta. ora pro.
Oẽs ſcti patriarche ⁊ ꝓphẽ. orate p.
p. Kyrieeleiſon. Chriſte el. Kyrie el.
℟. Credo qḋ redẽptor me'. In. ij. noct.

Chorꝰ reſpondeat.

Sancte petre: ora ꝓ illo[a]. P.

Kyrie e leiſon. Chriſte audi nos.

Sctē Paule or̄ ꝓ.
Sancte Andrea.
Sancte Joānes.
Sancte Jacobe.
Sancte Thoma.
Sācte Philippe.
Sctē bartholomē.

Sācte Matthee.
Sancte Simō.
Sancte Juda.
Sācte Matthia.
Sācte Barnaba.
Sancte Lucha.
Sancte Marce.

Omnes ſancti apoſtoli ⁊ euāgeliſte. Orate ꝓ illo[a]. P. Kyrie el. Chriſte audi nos. ℟. Requiē eternā. C In .iij. noct.

Sancte ſtephane q̄ſumꝰ almū

Sctē laurēti. q8 al.
Sancte Vincēti.
Sctē Xp̄ophore.
Sancte Blaſi.
Sctī fabiāe et ſeb.

Sctī coſma ⁊ da.
Sancte Clemēs.
Sancte Sixte.
Sancte Corneli.
Sācte Cipriane.

Oēs ſctī martyres, q8 almū poſcerē re gē iure memētote: mittat vt illū ī padi

ſuz. ℣. Kyrie el'. q̄ p̄cioſo ſanguie mū
dum eripuiſti de maledicti fauce dra-
conis. ℟ Heu mihi dn̄e. ¶ In.iiij.noct.

Sancte ſilueſt ītercede ad dominū

ꝓ pctis ei⁹. ℣. Kyrieeleiſon. Chriſte:

audi nos indulgētia.

Scte marcial. it.
Sācte Martine.
Scte Ambroſi.
Scte Auguſtine.
Sācte Nicholae.
Sancte Iſidore.
Sancte Illefonſe.
Scte Hieronyme.

Sancte Egidi.
Sancte Dn̄ice.
Scte Franciſce.
Scte Benedicte.
Sancte Antoni.

Oēs ſcti ꝯfeſſores dī. Intercedite ad dn̄z
ꝓ pctis ei⁹. ℣. Kyrie el'. Xp̄e: audi nos
idulgētia. ℟ Me recorder3. In.v.noct.

Chorꝰ reſpondeat.

SAncta anna ora pro illo.[a] ℣.

Ieſu chriſte audi nos: audi ⁊ exaudi

nos: peccatores te rogamus domĩe.
Sctã maria magdalena. ora ꝓ illo.
Sãcta Catherĩa. Sancta Eulalia.
Sãcta Felicitas. Sãcta Quiteria.
Sãcta Agatha. Sãcta Barbara.
Sancta Lucia. Sctã Apolonia.
Sancta Cecilia. Oẽs ſctẽ ꝟgĩes dĩ.
Sctã Leocadia. Omnes ſctĩ ⁊ ſctẽ
dei. orate ꝓ illo.[a] ℣. Ieſu chriſte audi
nos: audi ⁊ exaudĩ nos: peccatores te
rogamus domĩe. ℟. Libera me dñe. V

ORdo ad recõciliãdũ Eccl'iã pollutã. Qñ cõtige-
rit Eccl'iã vel cimiteriũ violari ꝓpter humani ⁊
iniurioſi ſanguinis effuſionẽ: ſiue ꝓpter humani ſe
minis pollutionẽ etiã in legitimo Matrimonio: q̃z
his tãtũ duobus modis venit Recõciliãda: dũ tñ
violatio nõ ſit occulta vel manifeſtata ꝑ cõfeſſio
nem: quia tũc nõ eſt Recõciliãda. ¶ Et aduerte
quod ſi eccleſia eſt cõſecrata: Reconciliatio debet fieri per Epiſ-
copũ modo quo in ſuo ordinario cautũ habetur. ¶ Si vero nõ ſit
cõſecrata: eſt recõciliãda per ſacerdotẽ hoc modo. Procedat Sa
cerdos cũ alijs clericis ſi ibi reperiũtur: Alias ipſe cũ Stolla ⁊ ca
capa indutꝰ: aut ſi nõ ſit capa: cũ ſuppellitio ⁊ ſtolla comitatus cũ
clericis: ſi adſunt: ꝓcedẽte Cruce ⁊ cereis accẽſis cũ aqua benedi-
cta die Dñica. Et idem de Cimiterio polluto fiat qδ de eccleſia.
¶ Uñ itaq̃z notabũt Sacerdotes vt magis ſint cauti: qδ polluta
Eccl'ia: eſt pollutũ cimiteriũ ſi eſt cõtiguũ: Et tũc recõciliata Ec-
cl'ia: recõciliatũ eſt cimiteriũ. Sed ſi cimiteriũ polluit̃: nõ ideo pol
luta eſt eccl'ia: vt notatur i. c. Unico δ cõſe. Eccl'ie. vl' altaris. li. vj.
Et ſi cimiteriũ nõ eſt cõtiguũ ⁊ cohe rẽs Eccl'ie: vel ſi eſt cõtiguũ ſ3
nõ polluta eccl'ia: tũc polluitur cimiteriũ ꝑ ſanguinẽ vel ſeminis ef
fuſionẽ: ſicut dicitur de eccl'ia. ¶ Itẽ polluitur qñ aliquis excõica
tus vel infidelis in eo ſepellitur. vt in. c. Cõſuluiſti de con. Eccl'ie
vel Altaris. ⁊ in. c. Eccl'ã. el. ij. de cõſe. diſ. j. Unde ante quã re-
cõciliatũ fuerit: nõ debet aliquis in eo ſepelliri. Secus ſi remotũ
fuerit ab eccl'ia. vt. in. d. c. Unico. Et licet cimiteriũ ſit ꝑ ſe pollutũ
quamuis Eccl'ie cõtiguũ: nõ ideo tamẽ eccl'ia eſt polluta. ne minꝰ
dignũ maiꝰ aut acceſſoriũ ꝑcipale ad ſe trahere videatur. ¶ Ad-
uertat̃ etiã qδ ſi cimiteriũ nõ eſt cõtiguũ eccl'ie: nõ cẽſetur viola-
tũ: quãuis eccl'ia violetur. ¶ Itẽ notãdũ eſt q ſi eſſent mľta cimite
ria cõtigua: tamẽ parietẽ habẽtia i medio ſe iũgẽtẽ: polluto vno:
nõ polluitur aliud: etiã ſi ꝑ portã mediã habeatur acceſus de vno
ad aliud. vt in dicto. c. Unico. ¶ Et ſi pollutio vel ſanguinis hũani
effuſio fiat in porta in medio poſita: ſcias illud cimiteriũ eſſe viola
tũ: cuius cauſa paries ⁊ porta fuerũt facta quaſi ſit illius acceſſio.
ꝑ. l. Et ſi nõ ſunt. ℓ. pe. et vl. io. ff. de au. ⁊. ar. le. ¶ Idẽ dicẽ dũ ſecũ

In quibus caſibꝰ polluitur eccl'ia.
Si eccl'ia e cõſecrata
Si nõ ſit conſecrata
Sanguinis vel ſe minis.
Effuſio ſanguinis vel ſe minis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

dū Joānē de Jmola. quādo pollutio fit in porta Eccl'ie: quādo in-
tra clauſurā hoſtij vſus Eccl'iā eſt facta. Secus ſi ī porta q̄ eſt ex-
tra clauſurā. vt. in glo. d. c. Unici notatur. ¶ Itē notādū eſt ꝙ ſi in
Eccl'ia quis vulneratur: etiā ſi extra moriatur: et extra ſanguis ef-
fundatur ex vulnere: recōciliāda eſt Eccl'ia: quamuis intra eccl'iā
ſanguis minime fluxiſſet: qm̄ ictus vulnerū attēditur ⁊ violētia.
¶ Et etiā recōciliatur Eccl'ia: ſi quis ſctus in ea occiditur: tn̄ loc⁹
ſanguinis ī hoc caſu nō lauatur. vt. in glo. c. Unici. li. vj. ¶ Nō ta-
mē recōciliatur: ſi quis ſupra tectū ꝑcuſſus ſanguinē emittat. q2 ex-
tra eccl'iā videtur factū: vt in. d. glo. nec etiā recōciliatur ſi alibi q̇s
vulnerat⁹ ad Eccl'iā cōfugiat: ⁊ ibi ſanguis effundatur: ⁊ ibi moria-
tur. quoniā ī eccl'ia homicidiū nō fuit ꝑpetratū. ¶ Minus recōci-
liabitur eccl'ia: ſi abſq3 violētia vel iniuria ex naſo vl' ore vl' ex cica-
trice vl' ex amorroidis: vel mēſtruis: vel aliter naturalit̄ ī eccl'ia ſan-
guis fluxerit: aut ex ludo forte vel caſu fortuito elicitur. ea dē. de. cō-
ſe. di. j. Eccl'ijs. extra. eo. c. ſi. aut ſi qd̄ cūq3 aīal ibi occidatur: vl' q̇s
ſubito ꝑ ſe ibi moriat̄: aut lapide vl' ligno cadēte: aut fulgure occi-
ditur. ¶ In eccl'ia violata nullus dꝫ celebrare: q2 vt dicit Lap⁹: ta-
lis celebrās ī ea ſuſpēſus eſt ab ī greſſu eccl'ie. d priuillegijs. c. Epiſ-
coporum. li. vj. Et ſi cū tali ſuſpēſione in eccl'ia diuina celebraret vl
ꝑ ſuo agēs officio: erit irrigularis. de. ſen. exco. c. Is cui. li. vj. ita
ꝙ in eccleſia polluta nō debet celebrari de priuille. c. Tuarū.

¶ Ordo ſuād⁹ ī recōciliatiōe eccl'ie.

IN noīe pa✠tris: ⁊ fi✠lij: ⁊ ſpūs ſan✠cti. Amē.
Añа. Aſpges me dñe yſopo ⁊ mūdabor: lauabis
me: ⁊ ſup niuē dealbabor. Ps. Miſerere mei de⁹. totū
cū. Gl'ia pri. Et dicatur ſemel vel pluries ſi op⁹ fue-
rit. Et qualibet vice in fine ei⁹ repetatur Añа. Aſ-
pges me dñe. Et iterū dū dicitur Pſalm⁹. Miſe-
rere mei. Sacerdos circūeat eccl'iā intus aſpgēdo aquā bñdictā:
⁊ maxīe ſup locū vbi erat ſanguinis vel ſeminis pollutio. Et finito
pſalmo. Miſerere mei. vt dictū eſt: dicat ſacerdos. Kyrie el. Xpe el.
Kyrie el. Pr nr. ℣. Et ne nos. ℟. Sꝫ liba nos. ℣. Domū tuā decet
ſanctitudo dñe. ℟. In lōgitudine dierꝝ. ℣. Dñe exaudi orōnē meā.

℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Oremus. Oratio.

DEus q̄ dixiſti domus mea domus orõnis vocabitur: domũ iſtã ſanguis effuſiõe vel bachãtiũ ſpurcitijs cõtaminatã mũdare ⁊ ſan✠ctificare digneris: vt omniũ preces ⁊ vota in hoc loco ad te clamãtiũ: clemẽter exaudias: ⁊ benigne perficias. Alia orõ.

DEus q̄ ſacrãdorũ tibi auctor es munerũ: effũde ſup hãc orõnis domũ bene✠dictionẽ tuã: vt ab omnibus hic inuocãtibus nomẽ tuũ: defenſionis tue auxiliũ ſentiatur. Per. Oratio.

DEus q̄ oĩ loco dñationis tue clemẽter atq̄ȝ benignus dedicator ⁊ ſanctificator aſſiſtis: exaudi nos q̄s: ⁊ p merita tue ſancte paſſionis: ⁊ p itercesſionẽ beatiſſime v̾ginis Marie ⁊ oĩm ſanctorũ cõcede: vt in poſterũ iuiolabilis huius loci pmaneat recõciliatio: ⁊ beneficia tua ad te clamãtes i hoc ſc̄to tẽplo ⁊ vbiq̄ȝ: pcipere mereãtur. Qui viuis ⁊ regnas cũ deo patre in vnitate ſpũs ſc̄ti deus. Per oĩa ſecula ſeculorũ. Amen. Deide eãt corã altari maiori vbi eſt ſanctũ Sacramẽtũ: et flexis genibus dicat Sacerdos. ℣. Sacerdotes tui induãtur iuſticiã. ℟. Et ſc̄ti tui exultẽt. ℣. Dñe exaudi orõnẽ meã. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiſ. ℟. Et cũ. Oremus. Orõ.

OMñs ſempiterne deus: q̄ ſupbis reſiſtis: ⁊ gratiã p̄ſtas hũilibus: tribue q̄s: vt nõ indignationẽ tuã puocẽmus elati: ſȝ ppiciatiõis tue capiamus dona ſubiecti. P. Alia orõ. Deus cui ppriũ eſt. ⁊c.

Finis.

Verſus de orationibus finiendis.

Per dñm dicas: ſi patrẽ Preſbyter oras.
Si xp̄m memores: p eũdẽ dicere debes.
Si loq̄ris xp̄o: q̄ viuis ſcire memẽto.
Qui tecũ: ſi ſit collecte finis in ipſo.
Si memores ſpũs: eiuſdẽ dic prope finẽ.
Expellẽs Demonẽ: dices in fine per ignẽ.

Index vel tabula ſeu ſummata eorum que in hac prima parte Manualis continentur per ordinem.

¶ Benedictio aque dominicis diebus. fo.iij.
Aſpſoriũ ipſiuſ aque bñdicte q̃liter ſit faciẽdũ ꝑ totũ ãnũ. fo.vj.
¶ Ordo benedictionis fontis baptiſmalis. fo.viij.
De ſacramẽto baptiſmi ĩ maxia neceſſitate vel periculo. fo.xv.
Directoria quedã pro ſacerdotibus circa baptiſmũ. fo.xvj.
Ordo cathezizãdi baptizãdũ tã maſculos quã femias. fo.xviij.
Ordo ad baptizãdum vnũ maſculum. fo.xxxij.
Ordo ad baptizãdum vnam feminã. fo.xlij.
¶ De matrimonio et primo de ſponſalibus. fo.liij.
De tẽporibus in q̃bus bñdictiones ſolẽnes nuptiarũ ꝑmittũtur: ⁊ ĩ q̃bus ꝓhibẽtur. fo.lvj.
Forma bñonis nubẽtiũ. fo.lvj.
Officiũ miſſe nubẽtiũ ꝑ totũ annũ cũ bñonib⁹ req̃ſitis. fo.lx.
Modus ſeruãd⁹ cũ illis q̃ alias ſuſceperũt benedictiones in primis nuptijs. fo.lxxj.
¶ Ordo ad cõmunicandum infirmum. fo.lxxxij.
Ordo ad cõicãdũ ſanos. fo.xcj.
¶ Miſſa ꝓ ſal'te ꝑ ĩfirmi. xciiij.
¶ De ſacro extreme vnctionis: ⁊ ĩ primis ponũtur q̃dã notabilia ſacerdotẽ dirigẽtia. f.xcvj.
¶ Notabile ꝓcurati. fo.cxvij.
¶ Titul⁹ abſolutionũ. fo.cxvij.
¶ Qualiter ſe habebit ſacerdos erga infirmum. fo.cxix.
¶ Ordo cõmẽdationis anime ĩ articulo mortis. fo.cxx.
¶ Ordo ad comẽdãdũ infirmũ iam defunctum. fo.cxxij.
¶ Qualiter agonizans eſt iuuandus. fo.cxxij.
¶ Incipit officium ad ſepeliendum mortuos. fo.cxxiij.
¶ Miſſa defunctoꝝ. fo.cxxvj.
¶ Ordo ad ſepeliendum paruulos. fo.cxxxviij.
¶ Letania defunctorꝫ ſcilicet ieſu chriſte. fo.cxxxix.
¶ Letania quã antiquiores decantabant. fo.cxlij.
¶ De recõciliatiõe eccl'ie. cxliij
¶ Verſus ad finiendas collectas. fo.cxliiij.

¶ Finitur prima pars Manualis.

Caſtigationes ſeu correctoꝝ erroꝝ prime partis: q̃ vel anguſtia temporis vel inaduertẽtia impreſſoꝝ cõtigerunt. Et hoc indice quicũqꝫ poterit ſuũ librũ corrigere.

¶ Carta.j.in Prologo.linea.xxxiij.lege.culmen.cũ.n. ¶ Carta.xvj.linea.xxv.facie.ij.lege punctualmẽte. ¶ Carta.xvij.linea.vj.facie.j.lege baptizat⁹. ¶ Carta ſeu fo.xxij.facie.ij.linea.vij.lege digneris cũ.g. ¶ Carta.xlvij.facie.ij.linea.xv.lege renſiciatura. ¶ Carta.lxxxij.facie.ij.linea.xxx.lege deſerat. ¶ Carta.xcvij.facie.j.linea.xij.lege recipiũtur. Et in eadẽ carta ⁊ facie.linea.xxxiij.lege.recipiẽtis.ablato.s. ¶ Carta.cxviij.facie.ij.linea.vj.lege in maſculis. ¶ Carta.cxx.facie.j.linea.xxxij.lege, ⁊ eodẽ titulo. ¶ Carta.cxxij.facie.j.linea.v.lege.in cõſpectu tuo. Et in eadẽ carta.facie.ij.linea.xxxij.lege.cuſtodia.ablato.x.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

¶ Incipit Secunda pars Manualis.

De ieiunijs 4or tempor.

Tenetur ſacerdos habẽs curam alicuius Eccleſie parrochialis ſuo populo denũciare q̃ttuor tẽpora anni: in q̇bus eſt: ieiuniũ i(n)dictũ ab Eccl'ia. vt. in. c. Statuimus. diſ. lxxvj. Statuimus inq̇t: vt q̃ttuor tẽpora anni ab oibus hoibus cũ ieiunio obſeruẽtur: vt decimã annoꝝ dño reddamus. Et ſicut i quadrageſima omnis fidelis xp̃ianus ita in his etiã ieiunare tenetur ſub pena peccati mortalis: niſi impedimẽtũ infirmitatis vel aliud iuſtũ impedimẽtũ habuerit ex his q̃ ius canonicũ ponit. Et tunc habẽs tale impedimentũ: deberet illud dicere ſuo ſacerdoti: vt illud ieiuniũ in aliud opus piũ cõmutet: ne illius ſancti ieiunij meritum perdat. ¶ Prima itaq; tempora cadunt i Quadrageſima. ſ. quarta feria. et. vj. et ſabbato poſt pmã Dominicã quadrageſime. ¶ Secũda quattuor tẽpora cadunt. iiij. ⁊. vj. feria. ⁊ ſabbato poſt pentecoſtẽ. ¶ Tertia cadunt. iiij. ⁊. vj. feria. ⁊ ſabbato poſt exaltationẽ ſcẽ crucis ſeptẽbris. ¶ Quarta cadunt. iiij. ⁊. vj. feria. ⁊ ſabbato poſt feſtũ ſcẽ Lucie dcẽbris. ¶ Et aduertat oĩs ſacerdos qd̃ ſi dies ſcẽ crucis: vel ſctẽ Lucie venerit in die Mercurij: non denunciabit q̃ttuor tẽpora in illo die Mercurij. niſi in ſequẽti venture ebdomade. Unde verſus. ¶ Poſt cinerẽ. Poſt pneuma. Poſt feſtũ ſancte Crucis ſeptẽbris. Poſt feſtũ ſancte Lucie dcembris.

Quo tempore cadant quattuor tempora.

De alijs ieiunijs.

Denunciabit etiã ſacerdos ſuo populo illa ieiunia idicta ab eccleſia: q̃ ſunt de precepto ſuis locis et temporibus. Et etiã illa que non ſunt de precepto: vt cõmuniter tenetur. ſ. Aduẽtũ domini denunciabit. de quo in. ca. Conſilium. ex. de obſerua. ieiu. et rogationes. de quibus in Capitulo. Rogationes. de con. diſ. iij. ¶ Item Ieiunia. iiij. ⁊. vj. feria. vt in. c. ieiunia. ea. diſ. Et ſabbata oĩa: vt in. ca. Sabbato. ea. diſ. ¶ Itaq; die Dominica ante ipſas Rogationes declaret quod in diebus. Lune: Martis: ⁊ Mercurij ſequẽtibus ſunt generales ꝓceſſiones: ad quas omnis populus debet venire: ſeq; ad illas preparare: vt eãt oẽs cum maxima deuotione non iocando: nec ludendo nec loquendo: ſed ſi poſſibile fuerit: p ſanctã cõfeſſionẽ parati ⁊ diſpoſiti. ⁊ ad minus cõtriti de peccatis: quorũ eos peniteat: cũ propoſito cõfitẽdi: ⁊ ad peccatũ

De ieiunijs letaniarum

Biblioteca Universitaria de ...

nō reuertendi. Hec preparatio eſt neceſſaria: quoniam in his pro ceſſionibus orandum nobis eſt pro pace fructibus et ſalute anime et corporis. Et vt dignius petamus: abſtinendum eſt ab eſu carnium die Lune et Mercurij: quia etiam dies Mercurij eſt vigilia ſancte Aſcenſionis. Oua et lacticinia die lune comeduntur. et caro in die Martis mādūcari permittitur.

¶ De his q̄ tempore interdicti fieri poſſunt.

generale Interdictum.

Tempore generalis interdicti poſiti ī ciuitate villa aut alio loco de iure fieri poſſūt hec que ſequūtur. ¶ Im p̄mis tp̄ore genal'ꝯ interdicti nō ſolum Miſſa cōuētualꝭ: verum etiam alie miſſe etiam ſi ſint āniuerſarioꝝ poſſunt celebrari: in q̄bus poſſunt cōuenire clerici diuerſarum Eccl'iaꝝ: et celebrare āniuerſariū: ſeruata tamē ſemper forma īterdicti: ſcilicet ianuis clauſis: et nō pulſatiꝭ cāpanis: excōmunicatis et interdictis excluſis. Secus in eccl'ia iterdicta: q2 in ea nō pōt celebrari.

In q̄bus feſtiuitatibus tollitur Interdictum. Et etiam in feſto Aſſumptiōis v̄ginis Marie [illegible] ſolemniter benedici. ſedm Jo. de lignano.

¶ Et nota qd̄ in feſtiuitatibꝰ Natiuitatis dn̄i noſtri ieſu xp̄i: Paſche: penthecoſteꝭ: et ī feſto et octauꝭ Corporis xp̄i ex p̄uillegio Eugenij pape. iiij. Aſſumptiōis v̄gīs Marie: et habetur exp̄ſſe ī. c. Alma mater. d̄ ſen. exco. li. vj. Tempore generalꝭ interdicti poſſūt diuina celebrari ianuꝭ apertis: pulſatis campanis: et excōmunicatis excluſis: et interdictis admiſſis. Et hoc a primis veſperis dictarum feſtiuitatum vſq3 ad Secūdas veſperas incluſiue. Ita qd̄ nō dicatur Completorium.

Non Completorium.

Dempto qd̄ dictis diebus nō poſſunt Eccleſiaſtica Sacramēta miniſtrari: niſi ī caſu neceſſitatis: vt inferius cōtinetur. ¶ Et dicto tempore interdicti poteſt legi ī meſa: et dari benedictio et p̄dicari v̄bū dei. Et pulſari campana ad vocādū xp̄i fideles: vt veniāt ad p̄dicatiōem. Et in fine ſmonis fieri poteſt Cōfeſſio generalis.

Confeſſioné genalē tpe interdicti.

Et pulſari campana a laicis pro oſtēſiōe Reliquiaꝝ: vel pro Aduētu alicuius Prelati: et pro expellendis tempeſtatibus. Et etiam poteſt pulſari ad. Aue maria: et campana ī p̄ncipio noctis: et in aurora cū tribus ictibus batalli.

Quod et que Sacra poſſint conferri tempore Interdicti generalis.

¶ Baptiſmus etiam poteſt miniſtrari in forma debita: dummodo nō celebret̄ officiū ī eccl'ia: ⁊ admittūt̄ cōpatres ⁊ cōmatres ¶ Permittitur etiā cōfirmatio ī frōte: ⁊ cōſecratio chriſmatis. vt notatur ī gloſa magna ſup v̄bo Sacramētis in. c. Alma mat. et. c.

Reſpōſo. ōſen. exco. ¶ Et euchariſtia dari poteſt tali tēpore pro
pinqs morti: nō aūt ſanis: etiā ſi ſint clerici: etiā Preſbyteri: niſi ce
lebrēt Miſſam: q2 ſi celebrāt: ſacram cōmuniōez pcipere tenētur.
de cō. di. ij. Relatū. ¶ Et poteſt portari corp9 chriſti ad infirmū:
pulſata campana duobus vel tribus ictibus: etiam pulſando cā=
panellā in via: cū luminaribus et aliȷs cōſuetis: et dicēdo p viam
cāticū graduū: vel Septē pſalmos in via dū taxat: vel alia q̄ ſup
notata ſunt: vbi d cōmuniōe. Et poteſt dari corpus xp̄i patēter in
firmo corā laicis: q̄ poſſunt ipſum reuerēter inſpicere et adorare.
¶ Poſſunt recipi oblatiōes a laicis interdictis: nō tn̄ ipſi laici poſ
ſunt ſtare ī miſſā neqz in diuino officio. ¶ Et poſſunt cōtrahi ma
trimonia: et fieri Spōſalia p manus Sacerdotis extra Eccl'iam.
¶ Poſſunt etiā tali tpe audiri cōfeſſiōes laicorū: niſi fuerint excō=
municati. ¶ Clerici ſimplicit tōſurati: et ſoluti. et q̄ cū vnica et vgi
ne cōiugati fuerunt a matrimōio iā ſoluti: poſſunt ſtare dicto tēpo
re ī miſſa et aliȷs diuinis officiȷs ex puilegio: Aliȷ vo cl'ici cōiuga
ti: nō. ¶ Laici poſſunt in eccl'ia cātare p̄ces rogatiōes et letanias.

[Margin: Sacrm euchariſtie nō dz dari etiā clicis niſi celebrent. — Corpus xp̄i portat ad infirmū tpe interdicti cum pulſatione campane. — Matrimoniū pōt contrahi p conſenſum tpe interdicti: ſz nō Bn̄o nuptiarum. ſcdm Hoſtie. c. capellang. cū illude offm clicali ordini depu tatuz. de ſcdis nuptȷs. c. ſ. et inf.]

¶ De his que prohibentur et fieri nō poſſunt tempore interdicti.

De iure tpe generalis interdicti phibētur q̄ ſequūt. Primo
qd Euchariſtia nō debet tempore interdicti dari mulieribus
pgnātibus: vel in partu exiſtētibus: neqz pſonis intrātibus bellū:
neqz ītrātib9 mare: neqz etiā obſeſſis ab inimicis. Attamē ſi dicte
mulieres pgnātes fuerint talis diſpoſitionis vl' q̄litatis: qd in ear
partu timeatur d piculo mortis: in tali caſu debet dari Euchariſtia.
¶ Hoc dimittitur ad diſcretionem dictum ſanctum Sacramentū
4. miniſtrātis. ¶ Tempore pfati interdicti nō debet dari aqua bn̄di
cta populo: neqz aſpgi neqz panis bn̄dict9: neqz abſolutio a maio
ri excōmūicatiōe cū ſolēnitate et cū ſtolla ī porta eccl'ie ē ipēdēda.
¶ Neqz etiam eſt danda benedictio Ramorū: neqz candelarū
neqz calicis: neqz corporaliū cū ſolēnitate. ¶ Neqz debet dari et
īponi penitētia ſolēnis q̄ datur prima die q̄drageſime. ¶ Sacra
mentū extreme vnctiōis dari nō poteſt: etiā clericis ſacerdotib9
dari nō pōt: vt notat extra d penitētȷs et remiſſionib9. c. Qō ite.
¶ Clerici cōiugati nō debēt admitti ad diuina officia: cū nō gau

[Margin: De prohibitione Sacramenti xp̄i mulieribus pregnātibus. — De aſperſione aque — Extrema vnctio non datur tpe interdicti.]

7. Jn benedictiōe aque bn̄dicte cōtrahit irregularitas ſcdm Jnno. q2 eſt annexa ordini hui9mōi bn̄o. de c. dis. m. aquam. q. n. ſ. interdictg cliq hoc ageret: ſed ſi non eſt tpe interdictus ex eo qd facit talez bn̄onez aque in loco interdicto ſeruata moderatione que traditur de aliȷs officȷs non incurrit irregularitem. Aqua aūt benedicta non debz aſpergi laicis loci interdicti a ſacerdote: et ħo preterq̄ in quattuor feſtiuitatibus deqbus agit in Decre. alma. Si tamē aſpergeret putat Jo. calderi q non eſſet irregularis: q2 hoc non eſt in iure cautum.

Bñ nuptiarū

deant niſi duobus priuilegiis. ¶ Bñdictio nuptiarū nō poteſt da
ri dicto tēpore interdicti petētib⁹: excepto in feſto ⁊ octauis Cor-
poris xp̄i: ⁊ feſto Aſſumptionis btē marie virginis prout ſupra in
regula vbi de matrimonio. Et vbi de velationib⁹. ¶ Et ſi aliquis
obierit tēpore interdicti: non debet ſepeliri in cimiterio: niſi talis
defunctus priuilegiū vel bullā habeat: quibus poſſit nō obſtante
dicto interdicto in cimiterio ſepeliri. q̄r etiam q̄ nō dederūt cauſā
interdicto ſepeliri non poſſunt: tamē clerici poſſunt ſepeliri: ſed ſi-
ne pulſu cāpanarū: ⁊ ſine oī ſolēnitate. de pe. ⁊ remiſſi. c. quod in te.

De baptiſmo in Sabbato ſancto.

¶ Tempore interdicti nō poteſt ſacerdos officiū pro baptiſmo in
Sabbato ſancto facere cū ſolēnitate. ¶ Et nihil eorū q̄ fieri p̄mit
tūtur tēpore generalis interdicti fieri poteſt quādo eccl'ia ſpetia

Sacrm ordinis.

liter eſt interdicta. c. Si ciuitas. li. vi. de ſen. exco. ¶ Ordines non
poſſunt cōferri p̄ Epiſcopos. Sed vt notat Innocēti⁹ in. c. Nō ē
vobis deſponſalib⁹ vbi videtur velle q̄d clericis tēpore interdicti
p̄mittūtur ordines dari: ſed nō laicis. Sed dñs Abbas ī dicto. c.
⁊ in. c. Quod in te. de penitētijs ⁊ remiſſionib⁹ tenet clericos ⁊ lai
cos ex neceſſitate ī loco interdicto: ⁊ ī loco iterdicto poſſe ordina
ri: Sed ſine neceſſitate nec laici nec clerici poſſunt ordinari in loco
interdicto: ſed alibi ordinētur: ſi ipſi non ſunt interdicti. Sed vt no-
tat Archiep̄s flo. ti. de eccl'iaſtico interdicto nullus ordo cōferri
poteſt in loco interdicto clericis ⁊ laicis. ⁊ ratio eſt q̄r prohibētur
ibi eccl'iaſtica ſacramēta miniſtrari: exceptis quibuſdā caſib⁹: de
quibus iſte non eſt: vt in Decretali. Non eſt vobis. de ſpōſa. Si aūt
pplus eſt iterdict⁹: cū ꝓpter hoc nō ſit clerus interdict⁹: poterūt
cl'ici illi⁹ loci extra illū locū interdictū ad ordies ſuperiores pro-
moueri ab eo tamē q̄ hoc de iure poſſit. Item ſi locus tātum eſt in
terdictus: licet nullus ibi valeat promoueri: laici tñ q̄ non fuerunt
culpabiles interdicti ꝓpter q̄d latum eſt interdictū extra locū in-
terdictū poterunt ordinari niſi ꝓpter delictum vniuerſitatis lata
fuiſſet ſñia iterdicti in loco: quia tunc nullus de dicta vniuerſitate
poſſet ordinari. Jo. calderin⁹. De hac materia videat̄ dñs Doc-
tor villadiego olim cauſarū apoſtolicarū auditor in tractatu de ec
cl'iaſtico interdicto. ⁊ hec materia Ep̄os tāgit: ipſi ſciūt quid hac

in re facere debent: qꝛ ipſi nō egent qui eos doceat: ſed ipſi alio rum ſunt doctores. j. q. vij. cōueniētibus. ¶ Dictū eſt ſupra qꝫ verbuꝫ dei poteſt indiferēter tp̄e interdicti oībus predicari etiā interdictis ꝛ excommunicatis. de ſen. exco. c. Reſponſo. Tamen Indulgētie q̄ dātur hoībus audiētibꝰ p̄dicationē: excōmunicatis ꝛ iterdictis nō ſunt dāde: quoꝝ culpa latū ē iterdictū: cū eaꝝ capaces nō ſunt donec abſoluāt: ſcd̄m dn̄m Aluarū. ꝛ. Jo. Calderinū. nec minꝰ ſunt capaces cōfeſſiōis gn̄ralis: q̄ ibi fit. Sꝫ dēbēt exire.

interdicti non possunt gaudere indulgentijs et remissionibus cum earum capaces no sunt donec absoluantur.

¶ De interdicto generali. Speciali ꝛ particulari.

Du interdictu.

ET ne ignoretur ꝑ ſacerdotes parrochiales qđ dicatur interdictū generale vel ſpeciale. Sciāt generale iterdictū eſſe: qn̄ Regnū ſiue ꝓuincia: ſiue etiā ciuitas vł caſtrū interdicitur. Particulare vero interdictū eſt: qn̄ de multis eccleſijs vna vel due vel tres interdicūtur: vt eſt textus in. c. Cū in partibus: de verboꝝ. ſignifi. Sic etiā ſpeciale dicitur qn̄ oēs eccł'ie ciuitatis vel ꝓuincie interdicūtur. vt fit per gratiaꝝ executores. Unde generale dr̄ ideo quantū ad illū locū vbi nullus excipitur: vnde ſcd̄m dn̄m Aluarū. Licet ꝑſona iterdicatur. vt ſcꝫ q̄ndiu i tali loco moratur. vel ad quēcūqꝫ ꝑuenerit: quādiu vbi fuerit ſeruet interdictū. In hoc caſu licet propter ꝑſonā ſpeciale cēſeatur interdictū: tn̄ quo ad obſeruationē generaliter intelligitur interdictū prolatū. Unde oia q̄ ſeruantur tempore interdicti generalis: etiam tūc obſeruabūtur. ¶ Speciale aūt eſt i quo alique eccł'ie excipiūtur: et vbi ſolū terra coꝝꝫ q̄ interdicitur ſpecificatur. ¶ Sunt due ſpecies interdicti. vna hoīnū: alia locoꝝ. Interdictū hominū: aliud generale aliud ſpeciale. aliud ſingulare. ¶ Generale interdictū hoīnū eſt cū interdicitur ppł's Regni. Caſtri. vel ville aut Ciuitatis. Et ſic notādū qđ quando interdicitur ppł's vel vniuerſitas vel cōmune: qđ tunc nec locus nec clerus eſt interdictus. Et ꝑ contrariū quando interdicitur clerus tātum non eſt interdictus populus nec vniuerſitas vel cōmune. qꝛ ſunt diuerſa. de ſen. exco. c. Si ſententia. ¶ Speciale interdictū hoinum eſt: cū interdicitur aliqđ Collegiū vel vniuerſitas in populo incluſa. puta Studiū Cōplutēſe: vel Capitulum. Nam tunc interdicto Capitulo vel Collegio vel vniuerſitate:

Due spes interdicti.

ſingule ꝑſone ꝺ ipſo ſunt interdicte. Secūdū Joānē Andreā in.ꝺ.
c. Si ſentētia. Et iſtud cōprehēdit taꝫ clericos quā laicos: q ſunt
de Collegio illo vel vniuerſitate. ¶ Singulare interdictū hoīum
eſt: cū aliq certa ꝑſona interdicitur: vel etiā in certa. vt cū dicitur.
Qui fecerit tale: ipſo facto ſit interdictus. et tales quocūqꝫ vadūt
ſunt iterdicti niſi abſoluātur: preter quā ſi interdictū eſt ad tēpus.
¶ Unde aduertatur ſolert̄ qꝺ tales interdicti ſiue generaliter ſiue
ſpecialit̄ vel ſingulariter nō poſſunt exercere aliquē. actū conceſ
ſoꝝ tpe iterdicti: q ꝑtineat ad ordines: aliter eſſent irregulares vl̄
ſuſpēſi: vt violatores interdicti. ¶ Interdictū locoꝝ aliud genera
le: vt cū iterdicitur Regnū vl̄ ꝓuincia vl̄ diocesis. Aliud ſpeciale:
vt cū interdicitur ciuitas aliq Caſtrū vel villa. Aliud ſingulare: vt
cū interdicitur certa eccl̄ia vel cappella: vel certe ecclie. Et ſic in
terdicto loco aut generaliter vl̄ ſpecialiter aut ſingularit̄: nō ſunt
iterdicti hoīes vl̄ clerici tal; loci. Unde extra illa loca poſſūt audi
re diuia et ſepeliri: niſi tales fuerint in culpa ponēdi. vt in.ꝺ.c. Si
ſentētia. Et id qꝺ ſtatuitur in interdicto generali locoꝝ hꝫ locuꝫ
in interdicto ſpeciali loci. et hoc ideo qꝛ interdicta Ciuitate vel vil
la: intelligitur tota interdicta generaliter. ¶ Et qꝛ ea q dicta ſunt
fieri poſſe ꝛ non poſſe tam circa ſacramētoꝝ adminiſtrationē quā
circa celebrationē diuinoꝝ habēt locū in ceſſatione a diuinis: ſi il
la ſit generalis: facit ad hoc. c. Non eſt vobis. de ſponſalibus: qꝛ
textus de ceſſatione loqtur. ꝓbatur ꝑ textū i Clemētina. ſ. de ſen.
exco. Et qꝺ dicit̄ ꝺ iterdicto ſpeciali ꝓcedit i ſpeciali ceſſatiōe
a diuiīs: cū a iure eqparet̄: ita notat hāc. ſ. ſeꝑationē. Jo. Andreas
in.c. Si canōici. ꝺ. Officio ordīarij. li. vj. i nouella facit etiā text⁹
in p̄dicta Clemētīa. j. ꝺ ſen. exco. q loqtur de generalib⁹ ceſſationi
bus. Ideo ſubiūgētur q poſſint fieri ꝛ q nō in ceſſatiōe a diuinis.

Tempore interdi/cti minister nō [cleri]cus pot adiu/nare ad missaz.

¶ Deficiēte miniſtro tōſurato ad adiuuādū in miſſa tpe iterdicti:
poterit clericus retinere purū laicū ſibi ſeruiētē antea ad hoc ab
eo deputatū ſupueniēte interdicto: ꝛ illo recedēte poterit etiā aliū
laicū nō interdictū ſubrogare ceſante fraude ꝛ fictiōe: vt vult Cal
derin⁹ hac i re ſequēd⁹. Innocēti⁹ i.c. Nuꝑ. ꝺ ſen. exco. videt̄ ſen
tire ꝙ ſacerdoſ pōt habere vnū ſcholarē ꝺputatū ad ſibi miſtrādū.